



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jacobi Usserii Armachani Annales Veteris Et Novi
Testamenti**

Ussher, James

Lutetiæ Parisiorum, 1673

Jacobi Usserii Armachani Chronologia Sacra.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14425

JACOBI
USSERII
ARMACHANI
CHRONOLOGIA SACRA.

S E U

ANNORUM ET ΠΑΙΔΟΠΟΙΓΑΣ PATRIARCHARUM,
παρονίας Israëlitarum in Ægypto , Annorum etiam Judicum ,
Regum Iuda & Israëlis Ἀπόδειξις

CHRONOLOGICA.

OPUS POSTHUMUM HUCUSQUE ΑΝΕΚΔΟΤΟΝ.

Editionem accurante THOMA BARLOVV
Coll. Reg. Preposito, & B.B.P.

JUXTA EXEMPLAR OXONIENSE.

ALMELDINGE

early

VIRO AMPLISSIMO ET AMICISSIMO D^{no}

TIMOTHEO TYRRELL EQUITI AURATO,

& (quod majus est) Magni AR MACHANI *τὸν μακάριον*,

Genero dignissimo Eu*duo*pore*rē*.

VIR AMPLISSIME,

SACRAM JACOBI USSERII (*Soceritui*) Chronologiam, quam non adeo pridem fidei meæ manuscriptam comiſſisti, ingeniosâ preli industria excusam, & (uti spero) emaculatam refero. Nempe (quod probè nosti) Librum meum in Clientelam tuam non commendo, Amplitudini tuæ non inscribo, consecrōve; sed tuum, apud me depositum reddo. Tuum (inquam) nam licet Reverendissimum Hibernie Primatem ejus Authorem novimus, (quod ex totâ libri indole & genio, ex multiplici & reconditâ eruditione, ex scripturâ Codicis Originalis, manu propriâ doctissimi Archi-Presulis exarati, abunde constat,) Te tamen (ex domo Authoris) bone fidei Possessorem agnoscimus. Pientissimus enim senex, & sacrâ Insulâ dignissimus, (*Socer tuus*) Musci integri (cujus pars non exigua erat hæc sacra Chronologia) Armarii nempe sui (Codicibus infinitis pene, & optimis, (quæ excusis, quæ manuscriptis) instructissimi, Te hæredem scripsit. Nec mirum, si Bibliothecam suam moriens supremis Tabulis tibi legavit, qui vivens filiam, quam habuit unicam, (fæminam optimam, & tanto Parente dignissimam, virtute pariter & prole numerosâ, ac pulcherrimâ secundam) matrimonio copulavit. Habe igitur tibi Tuum peculum, & Soceritui opus posthumum (eadem qua te, tuosque benevolentia perpetuo complexus est sanctissimus senex) fove. Te incolumi, orbus non erit hic Tractatus, magni Armachani fætus *vivens* & genuinus, licet (quod dolemus) posthumus. Dum enim Chronologiæ sacrae Arcana examine scrupuloſo rimatur, dum ænigmata illa *ἀπόστολος* & *ἀδιάκλητος*, in Annorum veteris Instrumenti supputatione, & Nodos Gordios diligentia pertinaci (sed & victrici) solvit, dum Patriarcharum Regumque Iuda & Israelis tempora explicat, dum libris inheret, & chartis perdius & pernox impallescit, labore jugi & senio confectus, tempori & terris valedixit, & (quam insigni pietate, & multiplici virtute prius meruisset) eternitatem induit. Sic vitam absolvit, non ita Chronogiam; cui manum ultimam non adhibuit, licet ultimus esset doctissimi antisititis conatus, & quasi lucernæ mox emoriture supremus fulgor) cum ipse ad Cælum prius, quam Tractatus hic ad Vmbilicum pervenerit. Dolendum sane, quod sacrum hoc opus, plaudente cœlo institutum, superstes non consummaverit: gaudendum tamen, quod in iustas Veritatis divinae vindicias, & non exiguum Reipub. Literarie & Ecclesiæ Christianæ commodum, eousque perduxerit. Dubia enim illa, que in antiqui sacerdos instrumento occurruunt plurima, difficultima illa quidem, que non solum Novitiis, sed ipsis Chronologiæ Mystis *ἀντίτυπα* videbantur, mirâ dexteritate, & facilitate quadam sua, solvit: scopolos illos Chronologicos, ad quos

EPISTOLA DEDICATORIA.

Commentatores, aliquique magni nominis scriptores illisi, non solum lapsu, sed ruina prosternebantur, ipse cautius evitavit, imo (ne aliis postmodum impedimento essent, vel damno) sustulit. Aded ut jam Nautae (licet Palinuri non sint) ipsum Chronologa sacra Oceanum, non solum sine naufragio, sed et pene sine periculo securi navigent. Ingens hoc beneficium Deo debemus, & Ufferio; de quo Maronis illud de Aenea, verbis (ως παροδια) paululum immutatis, apponam.

Drances de
Aenea a-
pud Virgi-
lium, E-
neid. 10.

Eutropius
ia Antoni-
no Philoso-
pho.

O famâ ingens, ingentior arte
Armachane, quibus te cœlo laudibus æquem?
Doctrinamve tuam mirer, doctosque labores,
An pietas laudanda priùs?

Sed de tanto Praesule silere præstat, quām pauca dicere: cūm talis sit (quod olim de Antonino Philosopho dixit Historicus) Quem mirari facilius quis, quām laudare possit. Pietatem ejus insignem, perpetuam in legendō, scribendo, concionando industriam, eruditōnem in re antiquaria, Theologia, & omni humioris literaturæ genere summam, cum æquali modestia conjunctam, fuisus laudare nec opus, nec mibi animus; Historiam enim non scribo; sed Epistolam. Virtus enim Ufferiana est sui ipsius Panegyrica, laudis nostræ non indiga. Vivit, eternumque vivet in scripturis suis cedro dignis, in ore & corde doctōrum, in memoria hominum, & monumentis temporum; illumque (quem Hibernia parens ingrata, tali filio & Praesule indigna, bonis (preterquam animi) omnibus exutum in exilium misit) Posteritas sera venerabitur.

Quo nihil majus, meliusve terris
Fata donavere, bonique divi;
Nec dabunt, quamvis redeant in aurum
Tempora priscum.

Vale vir Amplissime, & te, tuosque omnes Deus Opt. Max. quam diutissime
incolumes servet.

Tui, nominisque Ufferiani amantissimus.

THOMAS BARLOVIVS.

Datam Oxoniæ, è Bibl. Bodl.
xii. Cal. Maj. 110. 10C. LX.

LECTORI

LECTORI.

BENEVOLE LECTOR,

RE M tibi non ingratam fortassis & operæ premium facturus sum, si te ad Lectionem sacrae hujus Chronologiae properantem, quasi *επωαλιω* & vestibulo paucis morer; dum nonnulla de Opere hoc Chronologico, & ejus Authore succinctè & quasi compendio explicem. Primo igitur sciat velim benignus Lector, opus hoc Chronologicum Reverendissimi Archi-Præfusilis, (annis & meritis gravis, aeo pariter & judicio maturi) conatum fuisse Ultimum. Opus scilicet Viro sancto, & summo Antistite dignum. Regendi enim gubernandique temporis munus apud omnes populos, soli quondam sacerdotes & Pontifices obierunt, ut iisdem (communi naturæ suffragio) & sacrorum cultus, & (rei omnium sanctissima) temporis procuratio concessa sit: Igitur apud Babylonios Chaldaei, apud Indos Brachmanes, apud Ægyptios Hierophantæ, apud Romanos Pontifices, apud Britannos Gallosque Druidæ, apud Judæos Sacerdotes popularibus Fastis ordinandis, summo jure præfuerunt. Dum ideo Chronologiae addiscendæ primulū, mox ornandæ fusiisque & penitus explicanda operam dedit Vir sanctissimus, rem suo Ordine, & sacrâ Insula dignissimam aggressus est. Quantos autem in Chronologiâ (praesertim sacra) dubiisque illis nodisque pene Gordii enodandis, explicandisque progressus fecerit, ex Annalibus, aliisque scriptis etiam in editis, ex parte pateat, & ex hoc Tractatu, luce (si quid judico) & aeternitate digno, ulterius eluceat. Postquam utriusque Testamenti Annales diligentia summâ, & judicio æquali condidisset, & bono publico edidisset Insulatus Senex, Tractatum hunc (quem prius sub conditione promisit) seriò aggreditur. Sed dum

----- Veritatem

Dumos inter & aspera.

Scrupulosis sequitur vadis,

dum operi initiat, dum Authores omnis
œvi optimos revolvit, dum inella sacro
hoc alveari recondenda colligit, dum
inceptum opus ad Umbilicum perdu-
cere festinat, in morbum fatalem, &
reipubl. literariae damnosum incidit: ex
quo decubuit primū, & tandem fatis
cedens, vite finem imposuit, sed non
ita Chronologiae. Sic magnus Antistes
Armachanus in cœlum receptus,

----- sub pedibus vidit nubes, & ama-
na piorum

Consilia, Elysiumq; colit. -----

Vfferio sic in cœlum° recepto, Bibliothe-
cam (quam habuit instructissimam) ad-
eunt, Codices (quæ excusos, quæ manu
exaratos) lustrant, Chronogiam hanc
sacram (opus magnum, sed mediis in-
cidibus ablatum) in pluteo repositam
inveniunt, cum Virtis doctis communi-
cant, de editione deliberant, & tan-
dem à Reverendo Viro, D. D. Bernard
aliisque rogatus sum, ut Tractatum hunc
edendum aliquando curarem. Terruit
me primò opus ipsum utpote ab Autho-
re ipso manu ultimâ non elaboratum;
Terruit me ipsius Codicis manuscripti
scriptura, quem (ut esset prelo idoneus)
pulchrit non descriperat, nec secun-
dâ curâ emaculaverat; multa video ex-
puncta, multa passim interscripta, mul-
ta (quæ notulis quibusdam signaverat)
interferenda; adeo ut labore jugi, &
pertinaci diligentia opus erat. Subdubi-
tabam insuper ne his *Meandris* impli-
catus, satis commodè memet non ex-
pedirem, aut doctissimi Authoris men-
tem non assecutus, luxatos Autographi
artus in integrum restituendo non es-
sem. Ex adverso, ad Provinciam (du-
ram licet) suscipiendam, nonnulla me
reluctantem animant, scilicet quod Au-
thoris manum jam à multis annis fami-
liariter noveram, quod opus ipsum,
(extra omnem controversia alcum)
vniuersaliter effet, & genuinum, hoc est verè

b Fatis ces-
sū Rigate
non longe
a Londino
die Veneris
Mart. 21.
horā 1 po-
meridiā
anno 26 s.
filio vestri

1. Vffer. Chronol. Sacra.

a iij Vfferianum,

Eoru que
in Sacra
Historie di-
stinctivae
ampliorem
confirmatio-
nes require-
re videatur,
in Chrono-
logia sacra
(si ruitum
Deus, &
vites dede-
rit) ratio-
nem suam
redditives.
Isc. Vffe-
rius in Pre-
fatio ad An-
nals part. 2.

Vffserianum, magno Authore suo, Prelo, & luce dignum; necnon quod à Viris doctis / quā nostris quā exteris / serio, & ardentissimis desideriis efflagitatum vidi. Exterorum desideria (ut alias non paucas mittam) ex litteris Clariss. G. Hornii, Historiarum in Academiā Leydensi Professoris, ad Doctiss. Vitum S. Hartlibium datis, abunde discas: quarum exemplar mihi communicabat Vir ^b optimus, non minus virtute suā, & multiplici eaque reconditā eruditione, quam splendore generis nobilissimus.

^a Sed nunc vehemens velim, ut inquiras quid factum sit Chronologie Sacra, quam Vffserius se edidit in Praefatione Annalium promiserat. Quia enim ille Vir omnium accuratissime tempora digesti, damnū fore irrecuperabile & conjunctum cum maximo Ecclesia & Reipub. detrimento, si Labores illi Chronologici perirent, Haud dubie pteraque a multis annis iam perfecti: Inquire igitur apud hāres ejus, vel qui Bibliothecam habent, ut illud opus (si ve perfectum sive imperfectum) reperiatur, & ut repertum in Lucem edant. Da operam, (que so) per amicos, & (si necesse est) implora autoritatem superiorum, ut editio illius procuretur. Nullus enim labor est, quo Ecclesia magis indigens, & ex quo maiorem utilitatem in interpretandis Scripturis, maxime Prophetis, & quae ad Historias spectant, sperare ausim, &c. Hac Hornius.

^b D. Robertus Boyle, honoratissimi Comitis Corkagiae de mortui filius, & superstitis frater.

Quod ad nostras spectat, ut alios (infinitos pene) prēteream (quis enim mortalium est, cui cordi sunt humaniores literæ, qui Uffserii omnia non deamat?)

Vir magnus & c. Jurisconsultissimus, (quem honoris, & observantiae meritis summa ergo gratus nomino) Legis Anglicæ alter Tribonianus, de Chronologia hac sacrā sēpe multumque rogabat, editionem Urget, & (ut erat nominis Uffseriani amantissimus) schedas à prelo madentes, summo desiderio legendas exposcit, nec minore gaudio transmissas legit. Hæc & consimilia, me ad editionem sacrae Chronologiae, qua fieri poterat diligentia accurandam animabant, ne periret opus eternitate dignum, nec sine publico Ecclesiæ pariter & Reipub. damno peritum.

Habes igitur (benigne Lector) ¹⁶²² ^{aπαλείματα}, sacras Reverendiss. Archi-Præfulis reliquias, genuinas illas quidem, sed (quod dolemus) posthumas. In quibus si legenti tibi οφάλιμα aliqua & ταχοπάντα, si non nulla inconcina, & minus climata occurront mihi, correctori, aut Typographo imputetur, & cuvis potius quam Uffserio; cui si vitam Deus, ille Chronologiam hanc sacram perfectam tibi dedidit & cumulatam. Illud tantum addam, (quod de Platone olim dixit ^d Socrates) προσήκοντι μοι φαρέται, καὶ ζόρτα, καὶ τεγμέλη τωλιτουργῶν. Congruum judico, ut sicut Vivo, ita Uffserio mortuo honorem habeas. Vale Lector & his gratius fruere.

^c D. Mag. Elias Horst, Ieronim ad Legem (ut hoc cognitum foretque in libro) Academiam Oxoniensem (quod hoc Altonam erat ab alijs & Panormia Residua (hanc) in me vero.

^d Socratis Epitome 70. 30. Lato de locis.



LOCORUM

LOCORVM SACRÆ
SCRIPTVRÆ SYLLABUS.

GENESIS.			GENESIS.			GENESIS.			GENESIS.		
cap.	vers.	pag.									
1	28	18	11	26	36	21	5	37	36	11	59
4	20	14		37			51		12	24	
5	9	26		68			55		17	60	
	29	23		28	37		7	25		23	60
	31	19		29	37		9	51		31	60
	32	18		30	25		12	43		33	60
	22			32	33			51		40	60
	68			37				68		43	44
6	2	23		45	21		26	21	37	1	31
7	4	17		46	22		5	44		2	44
	6	13		46	24		4	47		3	56
	22			32	36			47	38	11	47
	7	15	12	1	39			48	40	15	44
	10	17		45			5	34		20	14
	11	82		3	49		6	34	41	46	55
	15			52			8	34	43	2	59
	16			4	45		10	47	45	6	18
8	15	15		46				50			55
	4	16		51			38	50	46	2	40
	5	16		55	25		1	47		3	24
	13	13		5	37		9	37		4	42
	16			39			16	47		9	41
	18			46	26		14	59		11	41
	14	16		47	27		15	21		21	56
	16			7	46			21		26	56
	15	16		68			41	25			57
9	1	18		10	34		42	60			64
	24			12	34	28	4	39		27	56
	18	15		7	53			44			57
	24			45			5	37	47	9	55
	24	21		13	43		6	60			59
	22			44			9	60		27	65
	27	21		51	29		20	55	48	20	37
	29	15		14	51		21	55	50	22	38
	15			18	53		27	55		23	63
10	1	16		19	52		34	14			EXODUS.
	58			26	55	30	13	56	cap.	vers.	pag.
	5	23	16	2	74		25	44	1	6	62
	7	58		1	13						64
	10	15		39			26	55		7	64
	21	21		46	31		3	44	2	8	62
	21			15	14		41	56		23	66
	22	18		16	14	35	1	56	6	4	39
	23	20		37			2	58			44
	26	23		39			11	44		16	43
	32	23	17	3	52	35	12	44		18	40
	4	23		2	52		16	56			62
	10	15		10	52		27	35		20	41
	17			12	17	36	2	59	7	7	37
	18			17	37		3	60			40
	18			37			4	59			55
	22	18		2	25		7	35			58
	12	26		12	25			39			62
	25	23		13	25						71
	26	19		17	25		8	44		8	24
	22	21		3	14		10	60	12	5	17

a iiiij EXODUS

EXODUS.			DEUTERON.			JUDIC.			I. REGUM.		
cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.
12	16	39	2	7	71	4	3	68	14	21	73
	17	24		14	71	5	31	68			73
	37	24	4	5	66	6	1	68		31	73
		64		45	65	8	14	74	15	1	73
	40	9	8	2	71		18	68			73
		39	9	18	71			73		9	73
		39		24	71		33	73		10	73
		51	10	22	57	9	22	69		25	73
		32	16	16	85			73		33	73
		54	17	14	60	10	2	69	16	6	78
	41	13	21	2	71			73		8	78
		39	26	5	39			73		10	73
15	15	60	29	5	71		3	69		15	73
16	1	67	34	7	16			73		15	76
	35	71			71			73		21	76
19	11	42		8	71		5	73		25	75
		67					6	73			76
	16	42	cap.	vers.	pag.		7	73		26	79
23	17	79	3	1	71		8	69		29	76
29	38	17		2	71			37			76
32	34	71		31	73		11	39		31	79
38	26	24	4	19	71		12	39	20	16	78
		64	5	6	71		16	73	22	41	76
LEVITICUS.											
cap.	vers.	pag.				11	72	11	9	74	II. REGUM.
8	8	73		41	73		10	74		41	76
12	2	55	11	4	73	12	7	69		49	76
	4	55		18	72			74		51	76
16	29	85		23	69		11	69			76
22	27	17		33	73			74	cap.	vers.	pag.
25	2	14	14	7	72		14	69	1	17	77
		72		15	71			74	3	1	76
	3	72	28	31	69	13	1	69	8	16	76
	8	72	23	1	72			74			77
16	72			31	72	15	17	60		17	76
NUMERI.											
cap.	vers.	pag.				24	2	34	20	cap.	vers.
1	46	24					45	16	21	69	25
		51					49	17	6	69	26
		64		3	45	19		69			78
2	32	51					49	20	28	69	27
11	21	51		4	37	21		25	69	9	28
14	33	71		14	60					14	77
	34	71		15	69	cap.	vers.	pag.		29	77
16	1	41		29	63	1		1	69	10	36
20	14	60		30	67	3		10	69	11	3
26	35	63		33	69	4		21	69	4	79
	40	57	cap.	vers.	pag.			22	69		79
	59	14	2	7	50	cap.	vers.	pag.	12	1	79
		41				41				1	79
27	26	66		34	68	3		2		10	80
28	3	17			69			3	37		81
32	13	71		17	69	12	11	39	14	27	82
	41	41		18	69	13	1	78		23	80
33	3	13		19	69	17	12	39		31	81
		71			72	cap.	vers.	pag.		29	81
	38	69	3	2	72	6	1	9		1	80
		71			72			9			80
	39	71		8	68			65			81
36	4	72		11	68			68		2	80
DEUTERON.											
cap.	vers.	pag.				14	68	69	I. REGUM.	15	8
1	3	16				30	68	73	cap.	vers.	80
		71				31	69	14	20	75	81
										13	80
											II. REGUM.

SCRIPTVRÆ SYLLABVS.

5

II. REGUM.			I. CHRON.			PROVERB.			EZEKIEL.		
cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.
15	81	8	2	37	15	12	55	1	2	84	
	80	3	37	30	17	20			2	84	
	81		57	ESAIAS.			2		15	84	
19	81	4	57	cap.	vers.	pag.			16	84	
23	80	30	37	7	14	14	4		4	84	
	81	39	37	JEREMIAS.			5		84		
	82	11	36	cap.	vers.	pag.			84		
27	80	25	19	37	1	3	84		8	84	
	81	20	37	21	9	88	8		1	84	
30	80	II. CHRON.	22	24	85	16	4		14		
	81	cap.	vers.	pag.	22	28	85	24	1	84	
32	80	3	2	82	25	1	83		2	84	
33	80		65				86	29	1	84	
	81	15	10	78		3	83		6	84	
16	1	80	20	36	77	26	1	85		17	87
	2	80	21	20	78		2	85			81
17	1	81	22	2	78	27	1	89	33	21	88
	2	81		3	78		3	89		24	88
	5	84	24	15	70	28	1	89		27	88
18	1	81	25	25	82	29	2	85		28	88
	2	81	28	24	81	32	1	84	cap.	vers.	pag.
	83	29		1	83		86	5	1	86	
21	1	83		3	81		86		4	86	
	19	83		17	82		88		5	86	
22	1	83	33	1	83		88		18	86	
23	5	48		21	83		2	84			87
	31	83	34	1	83		88		19		86
	36	85	36	2	83	34	21	84			87
24	1	87		5	83		22	84	2	1	86
	2	87			85	36	1	85		31	86
	3	87		8	85	37	1	85	H O S E A S .		
6	85		9	83		5	84	cap.	vers.	pag.	
	73			85		7	84	1	6	23	
	85			85		8	84	2	3	14	
	89			85		11	84	10	5	48	
9	89			89	39	2	84	12	4	39	
12	85			90			84	AMOS.			
	87	ESDRAS.					85	cap.	vers.	pag.	
14	87	cap.	vers.	pag.			84	2	10	71	
15	85	10	17	71			88	5	25	39	
	89	NEHEMIAS.				9	88				
16	88	cap.	vers.	pag.	41	1	83	MICHAS.			71
17	85	9	7	45	42	10	88	cap.	vers.	pag.	
18	83			49		11	88	6	2	14	
25	1	84		21	71	51	59	82	SOPHONIAS.		
8	83	12	22	78	52	1	83	cap.	vers.	pag.	
11	88	JO B.				4	84	1	4	48	
21	88	cap.	vers.	pag.			84	MALACHIAS.			
27	86	1	7	60		5	85	cap.	vers.	pag.	
I. CHRON.	2		11	60		6	88	1	2	36	
cap.	vers.	pag.	10	16	59	9	84		3	36	
1	17	19	PSALMI.			12	83	SAPIENTIA.			
	20	cap.	vers.	pag.			84	cap.	vers.	pag.	
	12	66	6	39			88	10	5	23	
28	37	78	3	62	52	13	83	JUDITH.			
2	1	37	4	62			88	cap.	vers.	pag.	
2	37	90	10	59		15	84	5	9	44	
3	16	85	95	10	71		88		7	50	
6	28	37	105	8	53	28	88		8	50	
7	23	63		9	53	29	88	MATTH.			
	24	62		10	53	30	89	cap.	vers.	pag.	
8	25	62	11	39		31	86	1	5	69	
	1	37	114	3	66	32	86		6	69	
							MATTH.				



6 LOCORVM SACRAE

MATTH.			ACT. APOST.			ACT. APOST.			GALAT.		
cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.	cap.	vers.	pag.
I	8	27	7	3	45	13	20	67	3	51	
	11	68			46	27	9	85			
	12	34		4	33				ROM.	4	54
	16	14			35	cap.	vers.	pag.		4	1
						37	1	17	32	29	51
					45	9	7	43	cap. & vers.	pag.	
LUCAS.						68	cap.	vers.	pag.	7	32
cap.	vers.	pag.							I. COR.	7	88
I	13	14		5	35					7	8
	57	14			68	cap.	vers.	pag.		7	44
JOHANNES.				6	43	11	16	34	GALAT.		
cap.	vers.	pag.				51	cap.	vers.	pag.		
8	13	50		8	51					9	45
							14	39	11	11	35
ACT. APOST.				136	71	3					
cap.	vers.	pag.									
6	15	34		42	39						
					43	35					
7	2	33		55	34						
						17					
	37	8		4	47						
				45	13	17	68				
					49	18	71				
								52			

NOMINA AUTHORUM QUORUM IN HOC OPERE
Usseriano mentio habetur.

A	Io. Despieres.	Gul. Langius.	Conrad. Powellius.
Barbinel.	Dieder. Tarjenfis.	Lanbergius.	Petrus Peijnt.
Nicolaus Abramamus.	Fo. Drufus.	Corn. A. Lapide.	Primitius.
Abulensis.	Lud. de Dieu.	Chriff. Lauretus.	Procopius Gazeus.
Ado.	Thaddeus Dunus.	Io. Lorinus.	Profer.
Ambrofius.	E	Io. Lucidus.	Ptolemeus.
Anastasius Nicenius.	Epiphanius.	Lucifer Calavitanus.	Rabanus.
Daniel Angelocator.	Eusebius Cesariensis.	Tko. Tydatus.	Io. Rainaldus.
Jac. Auzoleus.	Eustach. in Homer.	Nic. Lyramus.	Guli. Ralegh.
R. Azaria.	Eutichius.	M	Tho. Ravennas.
B	Abren Ezra.	Christian. Mafleus.	Ribera.
Franc. Bacon.	F	Io. Malela.	Ruperius Tuitiens.
Cesar Baromius.	Funicius.	Tho. Malwenda.	S
Regnerus Barelius.	G	Maimonides.	Eman. Sa.
Beda.	Genebrardus.	Io. Maria Brassicchellenfis.	Iac. Salanas.
Bellarminus.	R. Levi ben Gersom.	Io. Mariana.	Samerius.
Berejchit Rabba.	Stanslaus Giespus.	Manasse ben Israel.	Ios. Scaliger.
Mattib. Beroldus.	Fr. Gamerus.	Martinus Martini.	Seder Olam.
Berosus.	Gordanus.	Marcellinus Comes.	Sedulius.
Biblia Antwerp. Regia.	Gratianis Decreta.	Gregorius Turonenfis.	Sixtus Senensis.
Biblia Jayenf. Parisenfia.	Hugo Grotius.	Hugo Grotius.	Author Fajurum.
Bibita Complutensis.	J	Mendoza.	Siculum.
Fo. Babemus.	Harvillaeus.	Menochius.	Stapleton.
Iac. Bonferrius.	Hermannus Contractus.	Io. Mercern.	Severus Sulpicius.
Hugo Broughtonus.	Hesychius.	Ger. Mercator.	Suidas.
Buchananus.	Hieronymus.	Io. Morinus.	Georg. Syncellus.
eAb. Bucholcerus.	Fulius Hilarion.	R. Mojes Gerundenfis.	G. Syrus.
Hen. Buntingus.	Hippolitus Portuensis.	N	T
Buxtorfius.	Homerus.	Nennius.	Talmud. Babilonie.
C	I	Niceph. Constantia.	Io. Temporarius.
Cabala historia R. Ab. Levita.	Salomo Jarchi.	Nobilius.	Theodoretus.
Cajetanus.	Idacius.	Oecumenius.	Theoph. Antiochenus.
Sethus Calvisius.	Aldina editio jo. Interpret.	Onkelos.	Iac. Tirinus.
Camerarius.	Anglo-dinacenes Interpret.	Oruphius.	Aug. Tornillat.
Hen. Canisius.	Sixtina editio jo. Interpret.	Origen.	Tremellius.
Melchior Canus.	Catena in Jobum.	Orofius.	V
Iac. Capellus.	Fornandes.	P	Victor Tannusenf.
Cassiodorus.	Josephus.	Paludanus.	Viterius.
Lod. de la Cerdas.	Liber Iosephoth.	Samar. Pentateuch.	Hieron. Velmas.
Clement Alexandrinus.	Isidorus.	Pelerius.	Nic. Vignatius.
Fo. Chrysostomus.	Liber Lukas.	Dion. Petarus.	Virgilius.
Barthol. Costemius.	Iulianus Toletanus.	Petrus Trecentfis.	Uuardas.
Annon. Contius.	Franc. Junius.	Hen. Philippi.	W
Io. Cordesius.	K	Philo Indeus.	Jo. Waltkerus.
Alph. Cumiranus.	David Kimehy.	Io. Picus Morandalanus.	FINIS.
Laur. Codomanus.	Leonard Krenzheimius.	Tho. Pius.	
D	L	Plinius.	
Delritus.	Laiantius.	Plutarchus.	
Io. Deodatus.			

INDEX

7

INDEX CAPITVM CHRONOLOGIÆ SACRÆ

PARTIS PRIORIS.

DE ANNIS PATRIARCHARUM.

CAPUT PRIMUM.

DE Temporis initio. ————— 9
CAP. II.
De temporis progressu, & distinctis ejus Periodis: deque varietate, qua in duarum primarum Periodorum calculo, inter Iudeorum, Samaritanorum, & Grecorum codices invenitur. ibid.

CAP. III.
De etatis Mundi per annos Patriarcharum supputanda ratione: ubi de traditioribus, utrum ad conceptionem an nativitatem liberorum sint referenda? Et de annis quibus patres filios genuisse dicuntur; num incuntes vel completi sint accipendi? De tempore incepti & finiti Diluvii; in quem annum Mundi & etatis Noachi incidenterit. 13

CAP. IV.
De biennio post diluvium quo Semo natus est Arphaxad: ubi etiam de ordine trium filium Noachi, & cui eorum primogenitura debeatur. 17

CAP. V.
De multiplicatione generis humani post diluvium, & Gentium dispersione ad argumenta ab historia perita, quibus Johannes Morinus Hebraice Chronologie veritatem infirmare conatus est. 22

CAP. VI.
De Cainano Arphaxadi filio, in Vulgata editione Graeca memorato, & commentariis illius annis in sacram Chronogiam non admittendis. 26

CAP. VII.
De secunda, & tertia Mundi etatis connectione legitima: ubi Abraham ante mortem patris in Chananeam venisse, ex Moysi, Stephano, & aliis ostenditur; & ante annum patris 130. in lucem fuisse editum defensum. 33

CAP. VIII.
Peregrinationis Hebreorum annos 430. (qui tertiae Etatis Mundi spatium constituant)

à prima Abrahami ex Charane in Chananeam profectione, non à Iacobi & filiorum in terram Egypti descensu, arcescendos esse ostenditur. 38

CAP. IX.
De duplice Abrahami vocatione, ex Vre Chaldeorum & Charane, & temporis spatio inter utramque interposito. A posteriore incipiendos esse annos 430. peregrinationis Hebreorum, quum, 75. fuisset ille annorum; non quum aut 70. aut etiam 76. 85. 99. vel 100. 45

CAP. X.
Annorum 430. peregrinationis Hebreorum, in duas egales partes distributio; & 215. in Chananea à Patriarche, peregrorum declaratio; in qua Iacobi & posteriorum ejus tempora, usque ad descessum in Egyptum describuntur; & Benjaminem cum decem filiis, Iudam cum duobus nepotibus (Hesrone & Hamule) eo simul descendisse, ostenditur. 54

CAP. XI.
De annis 215. peregrinationis Israelitarum in Egypto. Argumenta pro diurniore eorum mora allata solvuntur: in quibus, de R. Iobi & Tobabi Idumaeorum regis temporibus, ac Iosue genealogia agitur. Anni exodi incerti characteres. 58

CAP. XII.
Quarte etatis mundi spatium annorum 479. fuisse ostenditur. Integritas numerorum 480. in lib. Regum & 450. in Actis Apostolorum integritas, & inter se consonantia, assertur. Libri Iudicium ordo & dispositio proponitur; annorumque quietis terre supputandorum ratio exponitur. Davidis genealogie in fine libri Ruth & tribusque aliis pariter consentientibus scripture locis explicate, perfectio defenditur; posteriorum hominum, etiam ad nostra usque tempora, non minore quam horum patrum longevitatem demonstrata. 65

a. Chron.
II. 11. 12
M. 1. 5.
Luc. III.
32.

CAP.

CAP. XIII.

*Annorum 479. inter Exodum & Temp*l*i Salomonici exordium intercedentium summa in membra sua integrantia dividitur : tempusque peregrinationis in*

deserto , partitionis Terra & primi anni Sabbatici , cum annis Iudaicorum & primorum Regum Israëliticorum , speciatim explicatur & confirmatur.

70

PARTIS POSTERIORIS.
DE ANNIS REGUM ISRAELIS ET JUDÆ.

THEISIS. I.

*I*n*itium regni Sedechia deducendum est à 10. die 4. mensis ; iustis undecim annis ante captivitatem ejusdem Sedechia , & unico mense Salomonici Temp*l*i excidium ; quod in 10. diem 5. mensis incidit.*

84

II.

Obsidio Hierosolymitana copta anno Sedechia 9. mensis 10. die 10. & interventu exercitus Pharaonis postea interrupta redintegrata est anno Sedechia 10. mensis 3. die 15. & per dies 390. usque ad captam Vrbem continuata : Ita ut ab obcidionis primo principio usque ad capram urbem in fine anni 11. Sedechia , mensis 4. die 9. mensium 30. usque ad eandem incensam mensis 5. die 10. mensium 31. spatium intercesserit.

ibid.

III.

Circa mensis 4. diem 5. facta est Jechonia deportatio 5. circiter ante regni Sedechia initium diebus.

ibid.

IV.

Finis regni Jehoachimi , & initium filii ejus Jehoachinis sive Jechonia , circa mensis 12. diem 25. sunt reponenda.

85

V

Circa 6. mensis diem 10. Jehoachimus regnum iniit : quod non integris undecim annis obtinuit , sed annis decem mensibus 6. & diebus 15. circiter . Sub finem vero anni illius terci , circa 5. mensis diem 15. regnare caput Nebuchadnesar ; ante templi conflagrationem annis 19. quinque circiter diebus minus , ibid.

V I.

Nebuchadnesar , à vivente patre in consorium regni assumpsit , annos 43. post mortem illius imperavit solus ; in universum vero , annos 44. menses 7. & dies 10. circiter .

86

CAPUT PRIMUM.

Difficultates nonnullae , ad Nebuchadnesaris , & regum Iudei qui sub illius imperio vixerunt , tempora speltantes explicantur : & 70. annorum servitutis Babylonicae , per Ieremiam predictorum , initium à jugo Babylonico , anno 4. Jehoachimi primum à Iudeis suscepito , non à posteriorum deportationum aliqua deducendam esse offendit.

ERRATVM.

Chronol. pag. 9. cap. 1. Lectori , lin. 5. Caput hoc habuimus , lege Caput hoc non habuerimus. linea 6. Pars hæc altera , lege Pars hæc Prior.



CHRONOLO-

CHRONOLOGIÆ SACRÆ.

PARS PRIOR.

DE ANNIS PATRIARCHARUM.

CAPUT I.

De Temporis initio. —

LECTORI.

*N.B. Autographo Uffiriano Caput hoc primum (quo factò nō
stroque insinuatio ne fenus plane) desiderabatur nec post
quam MSS. Bibliotisce sive omnia, sed dæque lacerat sum
mā cum diligenter & severiori scrutino essent evolutae
usquaque comparari: cum ideo caput hoc habuimus, typis
mandare non possumus. Hinc est, quod pars hæc altera
anodanda, a cap. 2. (Auspicio non bono) auspiciatur. Vale
Lector, & Sacrae Jacobi Uffiri reliquias, posteris tibi que
seruatas, gratias accipe, & boni consule.*

CAP. II.

De Temporis progressu, & distinctis ejus Periodis: deque varietate, que in duarum primarum Periodorum calculo, inter Iudeorum, Samaritanorum, & Grecorum codices inventur.

DE Temporis Initio dictum est hactenus. Progessus sequitur: in quo duo præcipua spacia consideramus à temporis initio usque ad temporis plenitudinem, unum: deinde à temporis plenitudine, usque ad seculi consummationem, alterum: illam temporis plenitudinem, quam a Apostolus appellat, in CHRISTI Servatoris nostri Nativitate constitutum: quam habente anno Mundi 4000, factam esse colligimus. Totum vero illud spatium sex sequentibus Periodis, Mundi Aetates totidem comprehendentibus, subdividimus: quarum termini, mensis & diei nota insigniti imperfectionum annorum fragmenta nobis definiunt.

		An.	Men.	d.
I. A mundo condito cœpto men-	1656	0	0	
sis 1. die 1. usque ad Diluvium finitum eodem ejus-				
dem mensis die: sunt Mundi				
Veteris anni.				
II. Hinc ad initium peregrina-	426	6	14	
nationis Hebreorum, ab				
Abrahamo post mortem pa-				
tris cœptæ, mensis 7. die 15.				
III. Hinc ad exitum Hebreo-	430	0	0	
rum de Ægypto mensis pri-				
mi (sic enim ab hoc tempo.				
re mensis septimus antiquo-				
rum appellatus est) die 15.				
sunt Peregrinationis eorum-				
dem anni.				

I. Uffiri Chronol. Sacra.

	An.	Men.	d.
IV. Hinc ad jacta fundamen-	479	0	17
ta Templi Salomonici, men-			
sis 2. die 2.			
V. Hinc ad ejusdem Templi	424	3	8
conflagrationem, mensis 5.			
die 10.			
VI. Hinc ad Natalem Domini,			
& Servatoris nostri JESU			
CHRISTI (die 25. De-			
cembries in anno Periodi			
Julianæ 4709. qui 5. diei	583	3	25
mensis 9. in anno Mundi 4000			
responderet; si antiqui Ka-			
lendarii ratio adista usque			
tempora retenta fuisset.)			

Ita à vesperâ primum Mundum aperiente, usque ad medianam noctem initium præbentem 25. quidem diei Décembri, quo Christum natum luponimus, annos (Julianos) 1999. menses (exax. Insuper) 2. di. 5. 4. & horas 6. Kalendis vero Januarii anni Periodi Julianæ 4714. (à quibus vulgaris æra Christiahæ exordium deducimus,) annos 4003. menses 2. dies 11. & horas 6. decurrisse colligimus.

Hujus supputationis veritas ab intervallo- rum in superioribus Periodis assignatorum certitudine dependet. Series temporum in duabus primis periodis per annos primorum Partium deducitur; quorum successio in V. & XI. Geneleos cap. est exposta. Proxime sequentes Periodi duæ, integris numeris, XII. 40. & I. Regum VI. 1. sunt expressæ. Quinta calculum partim ex integro annorum 390. numero, Eze- chielis IV. 5. proposito; partim à singulorum Istrælis & Iudeæ Regum annis, rite inter se col- latis elicimus. Sext. annos, tam ex Sacra, quam ex Exoticâ Historiâ eruiimus: cuius utriusque firmissimam connexionem exhibemus; ejusque beneficio tum colligationem annorum Mundi cum annis Periodi Julianæ, tum continuatio- nem temporum sextæ Periodi (ex probati- finis quibusque veterum monumentis & Al- ronomico eclipticum calculo qui fallere non potest) inservimus.

Quinque igitur primum periodorum tem- pora non aliunde quam ex sacra Scripturæ con- textu deduci possunt: quo expendendo, ubi dissentunt Codices, Hebraicam veritatem (non à Chaldaic tantum. Iudæorum paraphrastis; sed etiam à Syrâ Antiochenæ, & Latinâ Ro- manâ ecclesiæ editione hic agnitarum) jure me-rito cæteris præferendam esse statuimus. Prece-

pua autem discrepantia in primis duabus Periodis cernitur; ubi Patriarcharum annis dinumerandis, Græcorum & Samaritanorum codices ab Hebraicis nostris exemplaribus mirum in modum diffentiantur: quemadmodum in epistola ad Ludov. Capellum, & variantibus Hebrei textus lectionibus, à nobis est ostensum; & in sequenti Tabellâ distinctius videtur licet.

ANNI PATRUM.

	Ante πατριαρχα. juxta.			Post πατριαρχα. juxta.			Totiusvitæ juxta.		
	Hebr.	Samar.	Græc.	Hebr.	Samar.	Græc.	Hebr.	Samar.	Græc.
1 Adam	130	130	230	800	800	700	930	930	930
2 Seth	105	105	205	807	807	707	912	912	912
3 Enos	90	90	190	815	815	715	905	905	905
4 Cainan	70	70	170	840	840	740	910	910	910
5 Maleleel	65	65	165	830	830	730	895	895	895
6 Jared	162	62	162	800	785	800	962	847	962
7 Enoch	65	65	165	300	300	200	365	365	365
8 Methusala	187	67	167	781	653	802	969	710	969
9 Lamech	182	53	188	595	600	565	777	653	753
10 Noe	600	600	600	Ante-Diluvium.			950	950	950
	Summa	1656	1307	2242					
				Post Diluvium.					
1 Sem.	2	2	2	500	500	500			600
2 Arphaxad	35	135	135	403	303	330			438
3 Cainan	0	0	130	0	0	330			0
4 Sala	30	130	130	403	303	330			433
5 Eber	34	134	134	430	270	270			404
6 Phaleg	30	130	130	290	109	209			239
7 Ragau.	32	132	132	207	107	207			239
8 Saruch	30	130	130	200	100	200			230
9 Nachor	29	79	79	119	69	125			148
	Thara	70	70	70			205	145	1205
	Summa	292	942	1072					

Hanc disreptionem in priore Græci sui Chronici libro proposuit diligentissimus ^b Eusebius: triplice annorum dinumeratione exhibi-

ta; secundum LXX. secundum Hebreorum, & secundum Samaritanorum exemplaria. His Georgius Syncellus & quartam adjicit, secundum

^a Georg. Syncell. Chron. p. 80.

^{a Georg. Syncell. Cap. p. 80.} Africanum: qui à vulgata m. LXX. editione non in secundi solum Cainanis omisione recessit Africanus, (in qua &^b Eusebius eum est secutus;) sed etiam in *Mathusal*, & annorum numeratione. Cum enim vulgati libri annos illi tribuerunt ante natum filium Lamechum 167. & post eum natum 802. animadvertisens Africanus ea ratione ad 14. annos ultra Diluvium (contra Scripturae autoritatem) vix illius fuisse pretendendam, sicut loctionem cum Hebraica convenientem sequi maluit, quæ ante natum filium annos 287. post eum nativitatem 782. illi assignans, mortem illius sexennio ante Diluvium collocat. Indeque effectum, ut ab initio Mundi ad Diluvium, Africanus quidem 2262. Eusebius vero à communiter receptis rationibus non recedens 2142. annos numerandos censuerit. Quia de re in *Syntagmatis de LXX. interpretum editione* c. 2. pluribus à nobis actum est.

Eam de annis *Mathusalæ* questionem, in libro *Traditionum in Genesim*, tractans Hieronymus, ex Hebreis & Samaritanorum libris colligit, mortuum illum esse eo anno, quo caput esse diluvium. Et verum quidem est, juxta utrumque libros, non vixisse *Mathusalam* post diluvium, sed eodem quo illud cœpit anno fuisse defunctum, id quod præcipue in hac questione spectabat Hieronymus: non tamen ex iisdem præmissis in utrorumque libris eadem nata est conclusio. Neque enim in Samaritanorum, ut in Hebreorum libris, *Mathusala* 187. annorum Lamechum, 782. annos postea fuit superstes, & Lamechus 182. annos natus Noachum genuit; ut ab Hieronymo, quum Samaritanus codex ad manum non adcesset significatum est:) sed *Mathusala* 67. annorum gigiens Lamechum supervixit annis 653. usque ad diluvium & Lamechus 53. annorum gigiens Noahum & 600. annis postea superstes vixit & ipse (uti & cum his Jaredus usq; ad diluvium. Hanc enim eorum Chronologiam non nostra solum Samaritani Pentateuchi exemplaria, sed (ne post tempus Hieronymi illa fuisse immutata quis suspicetur) ea etiam quibus Eusebius est usus, nobis exhibent. Itaque ut in alia re observatum est à Pervio, ita & hic videtur S. Hieronymus memoria lapsus: id quod magnis viris, vel nimia memoria fiducia, vel alias in res studio curaque intentis, non raro contigit.

Eusebium quoque lectus Georgius Syncellus, ex Samaritanorum calculo, ab Adamo usque ad diluvium annos 1307. à diluvio usque ad primum annum Abraami (quem 70 anno Thara natum illi autumant) annos 942. omnes simul annos 2249. dinumerat quod ad amissum congruit cum singularium Patriarcharum annis, quos in superiori Tabella ex Samaritano Pentateuco jam descripsimus. Quatuor vero simul Computorum, in annis ante Diluvium, collationem idem Georgius ita instituit. *f. M. 33.*
 τοις Σερανταορησιν τοις αρχαιοτερι, διανοσα της Ε' Σεριν αρχαια ψηφι το Σαμαρετην αρχαιων της του γεγονησα σταυρων ο διαδει πιν της φασι της Σεριν γεγονησαντων της της ψηφι της αρχαιων της ιδη επιλογη της πιν της της Σαμαρετην της. Αρχαιων δε αρχαι φοιτησ, επι της Αρχαι της

^{c. 82. 2262.} διανοσα της ιδην. Usque ad Diluvium igitur, sicut est propositum, Hebraica exemplaria à Samaritanorum codice vetustissimo & longè diversis characteribus exarato (quem & verum & primum esse Hebraicū constitutus) annis 349. discrepant. A LXX. Interpretum editione, Hebraicum exemplar annis 586. Samaritarum vero 935. Africanus demum ab Eusebio dissonat annis 20. cum enim ab Adamo ad diluvium, iuxta rationes Iudeorum anni sint 1656. juxta textum Samaritanorum 1307. juxta Eusebii calculum 2242. juxta Africani autem 2262. consequens est, Computum Samaritanum minorem esse, Judaico quidem anni 349. Eusebiano vero, ex LXX. deducto 935. Eusebianum autem majorum esse, Judaico anni 586. minorem altero illo Africam, anni 20. Ut hallucinatio, quam hic in Georgio notavit Scaliger, in ipsius Scaligeri deprehendatur ratiocinii.

Reliquis vero omnino preferendum eam esse Chronologiam cœcludit Georgius, quam Graeca LXX. interpretum nobis exhibet editio, Παραγόντος τοις αρχαιοτερι επιλογις την παλαιοτερη, ηδε επιλογης ελεγχος γιανεται μεταβολης επιλογης, επιτην των αρχαιοτερων αρχαιων οτι μεταξει της επιλογης η μεταβολη Χειρονομησαντων μεταξει την επιλογη, την τη συνηση ιδιων ή μετανοη τη γενεας αρχαιων η μεταβολη της επιλογης αποδεικνυεται. Antiqua igitur LXX. Interpretum editione, seu ex incorruptione, ut videtur, Hebraicofonē quondam traducta; per totam hanc Chronographiā passionem sumus usi: cum maximè quaque patet universus terrarū orbis dilatata Christi Ecclesiæ receptam eam habeat, & Salvatoris nostri, Apostolorum ac Discipulorum eius autoritate usibus nostris à principio fuerit commendata. Quo spectat & illa similis Juliani Archiepiscopi Tolerani, in 3. libro contra Judeos, conclusio. Hic jam dicitur unusquisque quod sentit. Nunquid brevitas ista annorum ex codicibus Hebreis ostensa, contemptis annis pluribus qui in editione LXX. Interpretum continentur, preferenda ullo modo judicabitur? qui prophetandi potius munere quam transferendi officio, divinas Scripturas (revelante sibi Dominū) transstulerunt; apud quos etiam hec suppeditatio reperitur annorum. Ergo illa nobis & sola pro his annis est observanda LXX. Interpretum, quem erit omnibus editionibus & translationibus antefuerit; quam etiam hucusque omnes Doctores Ecclesiastici tenuerunt. Et in hac præcipue annorum suppeditatione seculi sunt. Et Antonii Contii Jurisconsulti, in Notis ad Nicephori Constantopolitanū Chronologiam, altera. Quare satis mirari non possum hominum nostri temporis, & eorum qui Chronologias scripserunt, vanitatem ac novandi studium; qui omnem LXX. editionis auctoritatem longissime reficiunt, & nihil nisi quod in Hebreis codicibus hodie legatur rectum putant.

Atque hinc inter Latinos recentiores, in annorum mundi suppeditatione, Hebraicis fontibus posthabitis m. LXX. numeros sunt fecuti. Onuphrius in Chronico Ecclesiastico, Hieronymus Vielmius de sex diebus conditi orbis lect. 5. Christoph. Lauretus, & alii, sic perstricti a

^{a Scalig. not. in Euseb. Chronic. Gr. pag. 243.}

^{b G. Syncell. Chronic. p. 89.}

vid. Laur. & Zohar.

1. Vferii Chronolog.

b ij Scaligero

¹ Hier. Tract.
Heb. in Gen.

k Hieron.
Tract Heb. in
Genesia.
l August. de
Civit. Dei,
lib. 15. c. 14

Scaliger, i. Neque de sunt hodie capitones, qui Hellenistarum Alexandrinorum editionem Moysicae veritati preferant, & eos Novatores, qui aliter sentiunt, vocent. Ita sane audiuit Hieronymus etiam apud virum omni exceptione maiorem Augustinum: qui tamen aliter posse a sensu.

Et & Hieronymus quidem, in annis Patriarcharum assignandis Graecam editionem erravisse, sine ulla circuitione, assertit. Modestissime vero (Augustinus, illa, inquit, numerorum varietas que inter codices Hebreos invenitur & nostros, si quid habet ita diversum ut utrumque verum esse non possit; rerum gestarum fides ab ea lingua repetenda est, ex qua interpretatum est quod habemus). Venerabilis Beda, quam in libro de temporibus, reliquo LXX. Interpretum calculo, ad Hebraicam veritatis normam rationes suas conformasset; indeque a lascivientibus ruficis inter pocula havec denotaretur, quod regnare in sexta aetate seculi (currente nimirum sexto, hoc enim illi volebant annorum Mundi milenario) Dominum Salvatorem in carne venisse: ad Plegwinum de sex aetatibus seculi Apologeticam (ad hunc ineditam) scripsit Epistolam ostendens qua ipse autoritate assertiōnēm sue computationis asserueret, Hebraica videlicet veritate, per Origenem prodita, per Hieronymum edita, per Augustinum laudata, & per Josephum confirmata, quibus ego (inquit) in rebus talibus nullas inventio doctiores. Idemque in majoris, de Temporum ratione; operis Praefatione, ab Eusebiana Chronologia in Ecclesia Occidentali tunc passim recepta, ipse discesserit, rationem reddens: Ego, inquit, confidenter profitor, quia non reprehendo veteres Chronographos, qui translationem LXX. Interpretum modo secuti sunt, modo (prout libuit) probabant habuisse contemporani; sicut etiam in processu hujusmodi opusculi nostri monstrabimus. Sed omnibus his Hebraicam veritatis integrā prefero puritatem; quam preeminenissimus Doctorum Hieronymus, in libris Hebraicarum questionum, Augustinus in libris de Civitate Dei, Eusebius ipse Chronographus in tertio historie Ecclesiastice libro, ex verbis Josephi Historici aduersus Apionem Grammaticum scribentis, breviorē temporum seriem quam in LXX. editione vulgo fertur contineri comprobant.

Atque ut hos Juliano Toletano, & Georgio Syncello, ita Latinis illis recentioribus (præter innumeram hujus & superioris seculi Chronologorum, à pauculis illis dissentientem turbam (Johannis Pici Mirandulani, in disputatio contra divinatricem Astrologiam, (edit. Basil. p. 565.) judicium speciatim opponit: una cum m Johannis Matiae Braschellensis Pontifici Palau Magistri, in loca illa ex Juliano Toletano, & Antonio Contio producta à Thoma Malvenda mutuata, censurā. Sic enim ille, ad locum Juliani annotat, Cautē lege; nam certum est ecclesiam Catholicam in editione vulgata approbare eam annorum rationem, que est in codicibus Hebraicis Genes. V. & II. cum vulgata egregie Hebraico fonti consentiat in etatum enumeratione, atque supputatione temporum. Et ad Contii illum alterū. Contius, dum nimis studio

LXX. Interpretum translationis Chronologiam tuerit, non videt se incantū Hebraicī fontis & vulgaris editionis Chronologiam labefactare, que cum illa LXX. Interpretum perspicue pugnat. Et patres corruptelam LXX. Interpretum exemplarum ingenue profitentur.

Contextit quidem hic ² Baronius catalogum antiquorum patrum, qui secundum LXX. interpretes annos ab origine mundi usque ad ortum Christi numerare conseruerunt: aditique proficeri & Romanam Ecclesiam in suo Martyrologio, se annos suppūtare secundum esdem interpretes. Sed ad hocnum prius Benedictus Petrus, & Jacobus Bonfretius, ad posterius Thomas Malvenda & Johannes Despieres, respondunt pro nobis dabant. Non me fugit, inquit Petrius, plerosque veterum tam Graecorum quam Latinorum, Chronologiam, que est in translatione LXX. Interpretum sequi maluisse: quod eam translationem illi cernerent multis seculis esse in Ecclesia Dei reverenter usurpatam, religioseque cultam: atque ob eam causam aliqua in parte eam mutare, aut non sequi, religioni haberent. Sed apud me (quantum ad Chronologiam, de qua nunc agitur) auctoritas Scripturae Hebraicæ ac Latine versionis vulgata, necnon & duorum principum Ecclesiæ Doctorum Hieronymi atque Augustini judicium & sententia preponderat. Et p Bonfretius, Certum est versionem Septuaginta in hisce annis passim effundendosam. & in hac annorum suppputatione Latinum nostrum, & Hebreum textum esse sequendum, ut Augustinus lib. 15. de Civit. Dei cap. 13. ostendit; et si ipsius tempore sola editio Septuaginta in Ecclesia, tam Graeca quam Latina esset recepta.

De Romano vero Martyrologio, q Malvenda responderet. Quod Ecclesia Romana in publicis Tabulis eam annorum rationem laudare videntur, quam LXX. dederunt, id quidem non facit quod veram & incorruptam eandem existimet; cum knic ē diametro adversantem ut veram & genuinam, eam summam que in editione Vulgata est consignata, omnibus recipiendam proponat: sed id tantum salubri temperamento cavit, ut vetus aliquod venerabile vestitatis monumentum, tametsi lacorum ac deformis & pannis anisque obstitutum exhiberet; omnibusque palam faceret, quam rationem sequiri fuerint antiqui Patres in enumerandis ex sacra Scriptura anni ab orbe procreato ad Christum naescientem, cum soleant vetera antiquitatis monumenta, quantumvis corrosta & attrita, gratum aspectantibus intuitum praestare. Quocirca nihil opus est nunc Ecclesiæ Graecæ vulgatanum numerandi rationem commendare, aut Græcorum exemplarium patriniū contra Hebraicam Veritatem suscipere. Et Johannes Despieres r: Nec nos, inquit, more debet quod Ecclesia suppputationem LXX. interpretum ab omni tempore in communem usum receperit. Neque enim ea mens fuit ecclesie, ut nemini licet ab ea defletere: sed solum usum probavit, non autem suppputationis errores, quos corrigit quando commodum fuerit. Et forte us est hac suppputatione corrupta, eo quod religioni duceret Versionem illam contempnere, cuius

auctoritatis

^m Tom. I.
Indicis libr.
expurgand.
edit. Rom.
anno 1607. a

auctoritatem, inquit, Augustinus, celebriorem suscepit Ecclesia, & quamvis divinam omnes venerari sunt: vel forte quod meliora tunc non supererent, Sic Ecclesia & universus orbis Christianus uitur. Era vulgari & calculo Dionysiano: cum tamen Chronologi non ignobiles docent, cum non parum ab ludere a vero & germano calculo.

Nempe, ut Chronicum ita etiam & Martyrologium Eusebii in Latinam lingua translatis Hieronymus: quod in Romano, Bedae, Usuardi, Adonis & aliorum Martyrologis variis accessionibus auctum, in 25. die Decembri ad ipso positum annorum Mundi usque ad Natalem Christi numerum retinuit, unde in univer-
sam Occidentalem Ecclesiam Chronologiae Eusebiana usus est propagatus; absque ullo tam
en Hebraicæ veritatis præjudicio. Nam & ipso in Chronicis Eusebii codicis Hebraicorum calculum, simul cum suo diligenter annotave-
rat ac seriem annorum Mundi ab Hebreis per
50. annorum Jubilæos dimensam proposuerat,
initio Jubilæi XL. (five ann. Mundi 2000.) in
anni LI. etatis Abrahami (a 70. pannis Terachi
deductæ) fine collocato. Ad annum vero Imper.
Tiberii Cæsaris XVIII. Principium LXX. 70.
belæ (five ann. mund. 4000.) secundum Hebreos est appositum. Unde colligitur, inter an-
num LI. Abrahami & illud tempus, Hebreos
illorum sententia 2000. annos intercessisse.

Hoc igitur posito, ex Hebraicis codicibus ve-
ram etatis primorum Patriarcharum suppurationem esse petendam: quomodo inde recta annorum Mundi series sit eruenda, jam ostendendum est.

C A P. I I I.

*De etatis Mundi per annos Patriarcharum suppundande ratione: ubi de nati-
vitate, utrum ad conceptionem an nativitatem liberorum sint referenda? Et de
annis quibus patres filios genuisse dicantur;
nam ineuentes vel completi sint accipiendi?* De tempore incepti & finiti Diluvii; in quem annum Mundi & etatis Noachi incidenter.

Primorum novem Patriarcharum anni, priusquam liberos gignerent, in V. Gene-
ses capite commemorati, summam 1056. annorum conficiunt. Annorum enim non integrae vite, sed generationis Patrum rationem his esse habendam Josephus etiam hoc in loco sic admonuit. *Et errat si non audi: tu in coram mea dicas, id à tuū patre in anno 1056. sicut in anno 4000. Obitus virorum illorum nemo exquirat, sed natales eorum tantum consideret.* Quandoquidem vero nova deinceps erat assumenda epocha, à qua secunda mundi Periodus esset inchoanda; ne per Noachi decimi Patris *mæsojæs* Chronolo-
gia continuanda existimaretur, tempus tantum quo liberis gignendis operam ille dare cœpit est notatum, non ex unius (ut antea) sed trium

filiorum nominibus promiscè appositis: sed 600. ipse annorum fuisse dicitur, quum Diluvium terras occuparet; [Genel. VII. 6.] quibus ad priores Patrum illos 1056. annos additis, an-
mund. exurgit 1656. in quem incidit Diluvium. Et quoniam eodem quo mundus cœpit, atrefactæ dicantur aqua à superficie terra, anno Noe 601. [Genel. VIII. 13.] inde annos 1655 solidos numerandos esse colligimus, à mundi ini-
tio ad exitum diluvii, finis prime, & initii se-
cundæ mundi Periodi, communem terminum.

Ad secundæ deinde illius Periodi spatium definiendum, Genel. cap. XI. Arphaxadi nativitas facta fuisse narratur, biennio post Diluvium. Cui additi anni, quos Arphaxadus ipse & sex sequentes ante genitos filios exegisse ibi-
dem memorantur, annorum 212. summam esse efficiunt. Ne vero per proximè subsequentis Patriarchæ Thare, sive Terachi *mæsojæs*, Chronologia continua da putaretur; hic ut in priore Periodo, annus solummodo quo & ille liberis operam dare cœpit, est designatus, trium item filiorum nominibus confuso ordine sub-
jectis. Et quoniam in toto reliquo capite quot ce-
teri omnes patriarchæ post suscepitos filios ex-
gerint annos, Moses exponat; sed integræ sim-
ilaritatem annorum summam, cum mortis ipso-
rum mentione conjunctam, (quod in c. V. fe-
cerat) studiose prætermittat in solo Thara, an-
norum numero post generationem filiorum prætermisso, integræ ipsius etatem annorum 205. simul cum morte commemorat; ut ad mortis
potius ipsius, quam ad *mæsojæs* tempus in
annorum hujus periodi summa colligenda at-
tendi oportere innueret. Cujus mentem minime affectus *Dositheus* Samaritanus, quasi im-
perfectus hic est textus Mosaiicus, ad capitum
V. normam eum conformare est aulus; integræ
vite eniisque Patriarchæ annorum numero, una
cum mortis mentione, adjecto, quod consulto
a Moysi est omnissimum, ut Thare annos singulariter
hac in parte observando esse ostenderetur. Ad
ditis igitur totius vite ipsius annis 205 ad 222.
illos, qui à diluvio ad ejus nativitatem effluxer-
unt, emergit annus à diluvio 427. in quem &
mors ipsius, & eam statim insecura Abramii à
Charane profectio, & in terra Chanaanis Pe-
rigrinatio occurrit, Secundæ Periodo finem, &
tertiae præbens exordium [Genel. X VI. 3.]
Quia vero cepta est hæc peregrinatio eodem
die, quo post annos 430. est finita, [Exod.
XII. 41.] decimo quinto videlicet die mensis
primi, [Num. XXXIII. 3.] qui ante exitum ex
Ægypto (ut in capite 1. est ostensum) septimus
numerabatur: à mensi 1. die 1. quo diluvium
desit, usque ad mensis 7. diem 15. quo Pere-
grinatio hæc cœpit, non annos 427. integros
numerare possimus, sed (terminorum ratione
ita postulante) 426. tantum, cum mensibus 6.
& diebus 14.

His ita præmissis, de annis quibus genuisse,
vel generasse dicuntur Patres, primo in loco, est
inquirendum; utrum ad filiorum conceptionem,
an ad nativitatem sint referendi? Quia enim
gignendi vocabulum actum generationis pater-
num proptie denotat, atque inter genera-

nem

nem & nativitatem filiorum novem mensium spatium ordinarie intercedit: pro XVII. generationibus hic commemoratis, anni 12. & menses fere 9. ad Chronogiam videri possent adjiciendi. Quod commentum Jacobus Auzolus in Chronologia quadam Gallica partiture dicitur, referente Henrico Harvillæo, qui sententiam hanc tum alii argumentis pluribus refellit, tum hoc etiam ad extremum, quod eā admīsā, incerta plane hic nobis relinquantur temporis ratio. Nam aliās, inquit, quis poterit assignare nisi divinando, quot menses, & dies quilibet partus fuerit in utero? cum multi gestentur in eo non solum per 9. menses, sed per 10. 11. 12. ac 13. præterquam quod nonnulli quandoque gestantur per pauciores.

Adejus vero fundamentum respondeatur: illud נְהִירָה Hebraeorum, atque illi respondens οὐρανοὶ Græcorum, & gignere Latinorum, patri & matri esse commune, & ad nativitatem, magis quam ad conceptionem referri solere. Apud Latinos enim genitus & natus idem sonat: ut ex Plinii illo loco lib. 7. h. stor. natural. cap. 8. manifestum est. In pedes procedere nascentem, contra naturam est: quo argumento appellavere Agrippas ut agere paros, qualiter M. Agrippam ferunt genitum, unico prope felicitatis exemplo in omnibus ad hunc modum genitus. Hinc genitum & nativitatem apud Genethliacos schema idem est; & apud Theologos regeneratiū idem sunt, & renati. Ita 1. Petr. II. 2. αγεννήτης βίριζη, modo geniti infantes, qui lac concupiscunt, iam nati innuuntur, non concepti tamen: & March. II. 1. ιανόν γεννήσεων mentione facta, non conceperunt, sed natum in Bethlehem Servatorem quicque intelligit. Similiter & apud Hebreos; Genes. XL. 20. יְהִי־יְמִין dies natalius est. Ezech. XVI. 4. וְנַתֵּן־לְךָ בְּנֵי־בָּנָה וְנַתֵּן־לְךָ נָתָן Nam ad genituras tuas, in quā genita vel nata es tu, non est precius umbilicus tuus, & aquis non es lota. Et Hosæ II. 3. Ne denudem eam plane, & statuam eam כִּי־וְיָדָה ut die quo genita, vel nata fuit. Commune vero (hoc senti) utrique sexui esse vocabulum, ex illo Matthæi I. 16. liquet: Ιάκωβος εἶπεν τοῖς λυτρῷ, τοῖς αἰδεῖς Ματθαῖος, ἐγώ εἰμι Ιησοῦς οὐλεύομαι, Κέρις. Iacob genuit Ioseph, virum Mariae, ex qua genitus est Iesus, qui dicitur Christus. Atque ita de muliere pariente vox gignendi usurpatur, Luc. I. 57. Τῇ δὲ Βαλεντίνᾳ παλαιῷ ἡ Χρήστη τοῖς αὐτοῖς, & εἰρηνῇ ψι. Elizabetha vero completum est tempus ad parendum; & genuit (id est peperit) filium. Et apud Latinos: in t. Anchidios.

Tunc ille Anchæus, quem Dardanio Anchæa Alma Venus Phrygiis genuit Simeonitis ad undam?

Similiterque apud Hebreos, genitura à conceptione & gestatione in utero distincta, feminis passim tribuitur: ut in Genes. XVI. 11. & XXIX. 34. & Esa. VII. videtur licet. Quia quidem acceptance, in illis verbum hoc, peperit vel enixa est; in viris, procreavit, suscepit, sustulit aut paterefficit est, significat. Quia enim mulier quum prole in lucem edit, viro gignit, idcirco, quam illa parit, & ipse vir generare dicitur. Vide Genes. IV. 20. cum V. 3. XVI. 15.

16. XXI. 3. 5. XXIX. 34. Num. XXVI. 59. Luc. I. 13. &c.

Verum altera etiam his de annis qui Patribus ante susceptos filios tribuuntur, moverat quæstio: utrum inuenientes illi intelligenti sint, an completi? an partim inuenientes, partim completi? Respondet & Dionyssius Petavius nullo ex argumento certo posse colligi, utrum qui anni Patriarcharum in Scriptura numerantur, completi sint ac vertentes, an inchoati: ac credibili est, non omnium saltem Patriarcharum annos integros fuisse cum generuerint. Quoniam vero ex genealogiarum subductione, que in Mosis historia continentur, annorum summa perficitur; incertum est autem, utrum anni omnes isti solidi completiue fuerint, qui pro coupletis nihilominus habeantur: propterea tempus epocharum Diluvii & natalis Abrahami certo, ac sine dubitatione, minimè posse constitui. Contra vero, longe rectius monet & Harvilæus, omnino credibile est, Scripturam sacram voluisse, in affligandis annorum numeris, tradere Chronogiam: saltem quantum ad annos quos ipsa recenset. At nisi voluerit, inquit ille, tradere Chronogiam per annos completos, nihil certi tradiderit. Quis enim poterit divinare, quot dies, hebdomadas, aut menses important anni fracti, aut incepti? Cum igitur Spiritui sancto fuerit propositum, numerum annorum primævi Mundi (qui alhunde sciri non poterat) hic colligere: à primario illius scopo aberraverimus, si non annos Patrum, qui bus generuerunt filios, plus minus completo intelligamus.

Dixi, plus minus; ne quis putet nos velle, uno eodemque vel die vel mense omnes Patriarchas genitos: quamquam Hebraorum Doctores nonnulli (Davide κινχιο referente) primum veteris anni mensem ex eo nomine Eshanim consecutum fuisse existimaverint, quod in eo præstantes illi Patres nati sint; quos l phraei ex Mic. 6. 2. mutuata עֲשֵׂה שָׁמֶן קְרָבָה fortia fundamenta terra appellant. Sed nihil necesse est ut eo recurramus. Nam ut postremus annos וְעַשְׂרֵה unius Patriarcha mensibus aliquot deficiat; alterius vero ultra unum aut alterum mensem protensus fuerit, ad summam rei nihil interest: cum utrobique compensatione facta, in annorum totius intervalli aggregatione fiat exæquatio, que ad Mundi æratem & teriem patet faciendam abunde sufficiat.

Operam igitur Jacobus Capellus hic perdidit, & qui, ut anni Mundi per 7. & 49. dividit hebdomadam & Jubilæorum annos, quadruplium primæ Perioda detrahit: quatuor primarum Sethi, Enosi, Cainanis, Mahalaleelis generationum annos in numeros rotundos (deñarios videlicet vel quinarios) desinentes, pro inchoatis vel decuratis accipiens. At annorum Sabbaticorum & Jubilæorum legem tum demum observandam præscripsit Deus, quem Israëlitæ ingressi fuissent terram promissam: (Levit. XXV. 2.) esse vero eos ab Orbis initio numerandos, opinio est que nullo initio fundamento. Et ad rotundos numeros quod attinet, si de integris annis verteretur quæstio,

aliquem

Harvill.
Hist. Chro-
nol. Parag. 15
col. 165. &
175.

^a Pess. de
Diluv. 165.
166. 167.
168. 169.
170. 171.

^b Harvill
Hist. Chro-
nol. Parag. 15
col. 165.

Vid. Kap.
dat. 165.
166. 167.
168. 169.
170. 171.
Reg. 1. 2.
Ex. 1. 2.
Ex. 2. 3.

^c Je. Cap.
fol. 165.
166. 167.

aliquem hic locum habere fortasse possit istorum consideratio; ut quum Kainan verbi gratia, 70. annos vixisse dicitur, quare potuissest an. 69. vel etiam 71. is vixerit: aut ubi de parte tantum anni queritur, non magis ad rotundum, quam ad alium quemvis numerum spe-
cet dubitatio, pro absolu-to-ne sumendum sit an inchoato. Quod si numeri in quinariis defini-
entes habendi sint pro rotundis: quum Jared
etiam & Mathusala dicuntur nati Patribus annos ætatis 65. agentibus, cur non in horum æque generatione annus decurrabitur, atque in Enos, quem pater Sethus annos 105. natus,
genuisse memoratur? nam quinarii profecto ra-
tio hic una est & eadem. Mitto querere, cur in
annis Patrum qui ante diluvium generunt, ista
specetur annorum rotundatio, in eorum qui
post diluvium vixerunt, negligatur. Illud di-
ctum sufficiat, si à recepto calculo discedamus,
neque filiorum nativitate claudamus annos, quibus
patres dicuntur à Mose filios genuisse; in-
certa hic omnia, neque in fundamento aliquo
vero (ut ab Harvillæo probe est animadversum)
sed in volentis arbitrio fore constituta.

Ad Petavium iterum redeo; qui ad sacri cal-
culi certitudinem inserviandam porto adjicit:
neque illud constare, cum rotundo numerosus
Moyses, *sexcentesimum* (exempli causa) Noe,
aut *centesimum* Sem usurparet. Nam consuetu-
diuem ipsam *et scripturæ* hic excludere; ne-
que quicquam è scripturis explorati posse, quod
miror homini docto & industrio venire in
mentem potuisse. Nam *Sem* quidem Gen. X.
10. fuisse dicitur *centum annorum*, quando ge-
nuit *Arphaxad* biennio post diluvium. Verum
non à *Semi centenario* textura annorum
Mundi dependet, sed à *biennio post diluvium*:
ut five centesimo præcisæ actæ natus fuerit Ar-
phaxad, five uno, altero plus vel minus, ad
Mundi ætatem nulla inde accedit five accre-
tio, five diminutio. Ad Noe vero *sexcentesim-*
um quod attinet: aliquam fortasse scrupuli
speciem injicere potuisse, si in illo solo textu
Gen. VII. 7. facta fuisset ejusdem mentio.
Erat *sexcentorum annorum*, quando diluvii aquæ
inundaverunt super terram. Verum quum ver-
siculo ejusdem capituli 11. anno *sexcentesimo vi-*
te Noe, mense secundo, *septimo decimo die men-*
sis. Diluvium ceperis legamus; & capite se-
quenti, versu 15. *sexcentesimo primo anno*, pri-
mo mense, prima die mensis, siccatae fuisse aquas
è superficie terræ: Stuporis cuiusdam fuerit negare è Scripturis explorare posse, utrum præ-
cisum tempus annus ille *sexcentesimus* denotet,
an vero unius, aut alterius anni vel additionem,
vel diminutionem admittat.

Neque ulla modo audiendus est Josephus Scaliger, qui contra expressa hac Scriptura te-
stimonia, in Elencho Orationis Chronologico
D. Parei, (pag. 53.) ex Genes. IX. 28. 29. hanc
necester conclusionem: *Noe vixit annos 950. de*
quibus 350. vixit post diluvium. Deductis 350. de
950. remanet annus Noe 600. post diluvium.
Ergo diluvium inivit anno Noe 599. non autem
600. ut hæc tenus omnes putarunt. Atqui deduc-
tis 350. de 950. relinquitur annus Noe 600.

non post diluvium, sed quo diluvium operiebat
terram. Quum igitur Scaliger anno Noe 599.
diluvium iniisse hinc concludit, & anno sex-
centesimo Noe currente finem accepisse, id
(enim argumento hoc à se demonstratum esse,
pag. 82. jactitat:) non modo contra clarissima,
qua nos produximus, Scripturæ testimonia, sed
etiam contra textum quem pro cause sue fir-
mamento adduxit ipse, aperte militat. Ea enim
ratione 350. anni ab initio diluvii deducti 948.
à fine vero 949. tantum annos integræ vita
Noe constituentur: quum annos 950. eum vi-
xisse, & Scriptura aperte affirmet, & ipse Scali-
ger agnoscat.

Illud igitur immotum maneat, quod Spiritu
sancto tam luculenter habemus expressum: an-
no 600. vita Noe, mense 2. die 17. diluvium
ceperisse; anno 601. mense 1. die 1. superficiem
terrae aquis liberatam, & mense 2. die 27. tel-
lurem plene arefactam esse: & consequenter
integrum annum (ut de excurrentibus diebus
nihil dicamus) Noam in Arcâ exegisse. De an-
nis tamen illis 600. & 601. ulterior adhuc, dis-
cutienda manet quæstio: num invenientes illi, an
vero completi sint hic accipiendi? Recentiorum
enim Chronographorum nonnulli pro
completis eos accipientes, à rerum initio ad
initium diluvii, annos 1656. absolutos numerant:
quom nos, cum fine diluvii, annum &
Noe 600. & Mundi 1656. terminandum existi-
memus. De quo ut rectius judicemus: textus
ille Genes. IX. (ubi post diluvium CCCL. in
universum autem DCCCCL. annos Noe vi-
xisse dicitur) cum altero Genes. XI. 10. (ubi
Arphaxad natus fuisse memoratur, biennio post
diluvium) conferendum est. Johannes Funcius
cum sequacibus suis, unius anni interjectione
ætatem mundi augens, ab initio anni 600. Noe,
usque ad initium diluvii, annum unum, ab ini-
tio diluvii ad finem ejusdem annum aliud, & à
fine diluvii ad nativitatem Arphaxadi, biennium
numerat. Ergo cum Arphaxad biennio post di-
luvium natus dicitur, de diluvio finito hoc ac-
cipit, & recte accipit. Quum igitur Noe simili-
ter post diluvium CCCL. annis vixisse dici-
tur: pari omnino ratione post finem diluvii
tot annos exegisse putandus est. Jam si (ut
Funcianus statuit hypothesis) ab ortu Noachi
usque ad diluvii exitum 601. anni transacti
fuerint: additis 350. qui post decurrerunt, fie-
rent omnes dies Noachi 951. annorum non 950.
ut habet Scriptura, Genes. IX. 29. Sethus Cal-
visius & discipulus ipsius Johannes Bohemus,
ab initio quidem anni 600. Noe usque ad ini-
tium diluvii, annum unum cum Funcianis nu-
merat: sed biennium post diluvium, quo natus
Arphaxadus, non (ut illi) à fine, sed ab ini-
tio diluvii deducit. Admissa enim hypothesi,
qua sub finem anni 600. diluvium ceptum es-
se supponit: epocham annorum post diluvium
numerandorum, non in exitu (ut visum illis, qui
inter initium 600. anni Noachi & nativitatem
Arphaxadi, quadriennii interstitium con-
stituunt) sed in exordio diluvii esse collo-
quandum; epilogismus ille annorum Noachi,
quem ex Genes. 28. 29. proposuimus, evidenter

ostendit.

ostendit. Ea vero ratione, in serie annorum Mundi constituenda, nulla omnino inter nos orietur differentia. Sive enim ponamus, sub initium anni 600. Noachi cœpisse diluvium, & a diluvii fine usque ad natum Arphaxadum effluxisse biennium; sive sub finem anni 600. cœpisse diluvium, & a diluvii initio usque ad natum Arphaxadum decurrisse biennium: non nisi tres annos inter initium 600. anni Noachi, & nativitatem Arphaxadi interjectos comprehendemus.

Quamquam vero ad summam rei nihil intersit, utra hypothesis admittatur: priorem tamen præferendam esse, his de causis existimamus. *I. Genet. X. 1.* ubi Moles scribit; *H. sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham, & Iapheth,* natusque sunt ei filii post diluvium: ne moest qui finem diluvii non intelligat. Quidni ergo, eodem modo intelligatur, in loco parallelo: *Genet. XI. 10.* *H. sunt generationes Sem:* Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium. *11.* In posteriore isto loco Moses, Orbis enovati Chronologian pectexere exorsus, ab Arphaxadi (vt vides) nativitate eam dedit, facta biennio post diluvium. Quod si à diluvio incepto epocham suam repetuerit; sequeretur ipsum diluvii annum in novi Orbis temporibus ab eo fuisse comprehensum. Atqui diluvii annus ad *Priscum Mundum* (ut eum B. Petrus appellat) omnino pertinebat, non ad eum qui *nunc* est: cuius idcirco annos ipse Annianus Berousus *h. a. salute humani generis ab aquis* (tanquam mundo tum denouo reviviscente) denuerat; sicut & secunda etatis primam diem appellant Beda & Marianus 27. illam mensis secundi, qua de Arca egreditus est Noachus (*Genet. VIII. 14. 15. III.* in historia diluvii postquam in VII. capite dixisset Moles, cœpisse illud anno sexcentesimo via Noachi, mense 2. die 17. in capite sequente subjicit, mense 7. die 17. requieuisse Arcam in montibus Ararati (*v. 4.*) 10. mense 10. die mensis apparuisse cacumina montium, (*v. 5.*) ac demum addit, *sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis* siccatae fuisse aquas & superficie terra (*v. 13.*) Si mensis 2. die 17. quo diluvium cœpit, ad finem vergeret annus vita Noachi 600. tum proximo mense septimo, annus 601. fuisse numeratus. At neque 17. die mensis 7. neque etiam 1. mensis 10. annotatus est à Moze annus 601. sed primo; primi mensis die, numerus Epochæ primum est immutatus. Unde colligere licet, 600. vita Noachi annum si non totum, saltem maxima sui parte, anno inundantis diluvii respondisse. Ut recte observaverit Quintus Julius Hilario, *sexcentesimo anno Noe, & factum & consummatum esse diluvium.*

Contra vero, absoluto sexcentesimo Noachi anno, sexcentesimo primo inente, incepisse diluvium, completis à Mundi origine 1656. annis & 1657. currente; tribus quoque rationibus pugnat Leonhartus Krentzheimus. Ait primum, *annos generationis* cœtatis Patrum. *Genet. V. & II. pro completis numerari. Semper enim (inquit) ex annis atatis Parrum, qui*

*antececerunt generationem liberorum, & illorum numero qui fecuti sunt à generatione ad vita exitum, colligitur summa quam producunt numeri annorum utrinque completi. Unde sequitur summan illam annorum 1656. ex annis isti ab Adam ad diluvium collectam etiam pro completis accipi oportere. Nos vero, sequi hoc omnino pernegamus. Annos quidem Patrum, quibus generunt filios, intelligendos esse plus minus completos, atque ex iis simul collectis integrorum 1056. confici, facile Krentzheim concedimus: ut longissimi opinione sua fallatur ille, quem aliud ex nostra sententia sequi de uno etiam hunc in modum repetit. *A. Falluntur sua opinione, qui diluvium referunt ad annum Mundi labentem 1656. hac enim ratione sequentur annos generationis patrum non pro completis, sed pro labentibus, quibus semper filiorum natum annus primus includeretur, accipiendo esse quod sacra historia manifeste refutat. Verum, quum non *audacter* Noachi, seu tempus iruentis Diluvii, alia plane locutionis formula, à Mole factum noretur, anno sexcentesimo vita Noachi, mense secundo, septimo die mensis. (Genet. VII. 11.) annum sexcentesimum 1656. completis additum 1656. labentem exhibet affirmamus. Nec obstat, quod nobis hic à Funcio est objectum. *Certissimum (inquit) est in sacris literis, & Regula infallibilis; quod subiunctum annorum numerus ponitur, eique mensis & dies mensis adjiciuntur, ibi sermonen offi de annis completis. Quod diligens lector facili animadverteret. Itaque cum Scriptura dicit; Anno sexcentesimo vita Noah, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt in ipsa die omnes fontes, &c. manifeste indicat, diluvium venisse anno sexcentesimo primo Noah currente; qui fuit annus Mundi 1657. currens, ut loqui solent. Secundum hanc igitur Regulam, quum Moses Deuteronomium populo proposuisse legitur, anno post exitum ex Ægypto 40. mense 11. die mensis 1. (Deut. I. 3.) factum hoc intelligeretur, completis post exitum 40. annis & 10. mensibus. At neque ipsius Funcii Chronologia hoc admittit, neque rei veritas. Nam ante exitum 80. annorum fuisse Mosem constat; (*Exod. VII. 7.*) & mortis tempore, 120. (Deut. XXXIV. 7.) ut inter exitum ex Ægypto & mortem ipsius non nisi 40. anni intercipi potuerant. Nec fallax modo est illa infallibilis Funcii regula, sed plane & omnino falsa. Nam quotiescumque litera Hebrei 7. Latina proportioni I N respondens, certo annorum, mensium & dieorum numero prafigitur; diem ad mensem, & mensem ad annum cujus proxime facta est mentio, pertinere semper indicat. Unicam hic *interpretationem* contra profet. *f. Calvisius ex libro I. (alii 5.) Regum cap. 6. vers. 1. sed in ea fallitur. Quum enim ibi tempus edificari cœptum fuisse dicunt, anno post exitum ex Ægypto 480. mense 1. anno ille non exactus, sed *inceptus* fuisse intelligatur. Quod præter recentiores Chronographos amadvertis inter veteres etiam Eusebius. Sic enim ille, in Chronicis sui Proæmio: *A Mose, usque ad Salomonem, & primam edificationem*****

e Krentz-
obseruat.
Chr. lib. 1.
c. 5. parag. 1

Temp

Templi, anni CCCCLXXIX. secundum minorem tamen numerum, quem tertius liber Regum continet: & in Gracis Excerptis, (pag. 32.) Ante nos Iēsus, omni anno 7. vas regnans;

Secundum argumentum petit Krentzheimus ab obitu Mathusalah avi Noah; quem mortuum esse confessus ipso anno irruens Diluvii. Affirmat autem Iudeorum quedam antiqua Traditionis a Patribus accepta, obitum hujus Patriarche praecessisse diluvium diebus tantum septem. Incidit igitur in diem decimum mensis secundi. Sed Mathusalah natus est anno patris Henoch 65. plus minus completo, qui fuit annus aetatis Adami 687. completus: & vixit annis 969. istud completo. Summa igitur ex duabus proximis numeris collecta, producit annos completos 1656. Obiit igitur Mathusalah die 10. mensis 2. anni inchoati 1657. qui est annus labens diluvii irruensis. Hac ille. Nos vero non mul-
tis diebus ante coptum diluvium Mathusalam defunctum fuisse, ultra agnoscimus: ut ad Ju-
dæorum Traditiones hic recurrere nihil sit necesse. Septem diebus postquam in Arcam in-
gredi jussus est Noachus, Deum diluvium distulisse legimus, Genef. VII. 4. 10. Tot dies luctui Mathusalæ datos fuisse, Hebrei inde col-
ligunt. Docet Deum suspendisse illis septem dies luctus Mathusalæ iusti, quo agerent paenitentiam, & non egerunt: inquit vetustissimus au-
thor Bereshith Rabb. & R. Salomo Jarchi in locum eundem.

At Hebrei iidem, qui septem diebus antequam inciperet diluvium, Mathusalam obiisse statuant, anno Mundi 1656. hoc contigisse ag-
noscunt; & quidem post mortem Lamechi quinquennio: quemadmodum in R. Abrahami Zaki libo Johafin videtur licet. Quod idem afflammus & nos: cum B. Hieronymo tenente, & nonagesimo sexagesimo nono anno vita sua Mathusal. mortuum esse eo anno quo caput diluvium. In eo vero fallit ista Krentzheimi ar-
gumentatio, quod pro concessione sumit, Mathusalam vixisse annis 969. completis. Nam annos quidem vita 969. tribuit illi Moses: sed ita quoque in Regum Israeliticorum Chronolo-
gia, Jeroboamo regni annos 21. Nâdab 2. Ba-
ala 24. Elæ 2. Achabo 22. facta tribuit Historia.

Ut igitur illic, horum collatione cum temporebus Regum Iudeæ instituta, deprehendimus, postremum quemque dicatorum Regum annum inchoatum fuisse tantum, nequaque vero absoluendum: (quod suo loco, Deoque volente vide-
bimus:) ita & hic, Mathusalæ & Noachi tem-
poribus inter se comparatis, extremum longe-
vi illius Patriarchæ annum similiter inchoatum, non completem fuisse, intelligimus. Non enim eadem in annis quibus & integræ vite Patrum est quartenda. Ut annos 7000
permutilemus nulla ratio nos suaderet, & ne mutilemus persuaderet illa, quod ita incerta red-
deretur integra annorum mundi serie. Ut po-
stremus vite Patriarcharum permutare non de-
curemus annum, evidens nos cogit ratio: &
ne id faciamus, nullum est incommodum quod deterrat. quum ab annis generationis, non

integre vite Patrum, Chronologia Mundi de-
pendeat: quemadmodum in hujus capitinis initio
ex Josepho est annotatum.

Tertiam rationem ex Gen. VII. 6. Krentzhe-
muis sumit. Cum Moës scribit; Noah erat filius
sexcentorum annorum, quando aquæ diluvii
inundaverunt super terram: manifeste docet;
Noah ante diluvium complevisse annos etatis
600. Sequentes igitur annotationes Chronolo-
gia, de diluvio inundante anno aetatis Noah.
601. mensis 2. die 17. (Genef. VII.) & de
exoccasie aquis anno eiusdem 601. die primo,
mensis primi. (Genef. VIII.) intelligende sunt
de completis annis. Atqui certissimum est, ex
Hebraeorum idiotismo, per filium sexcentorum
annorum designari eum qui sexcentesimum an-
num quoque modo est ingressus, utcumque
eum non exegerit: fallique omnino lohannem
Funcium, "qui hic necessario integros annos
est intelligendos asserit. Nam pari ratione,
Genef. XVII. 12. filius octo dierum jubetur
circumcidendi, qui octavum à partu diem attigit:
Et Exod. XII. 5. הַמְּלֵאָה primi anni agnus ap-
pellatur; qui die octavo & deinceps offerri pote-
rat Domino. Nam in agno quoque Paschali
legem illam Levit. XXII. 17. ab Hebreis fuisse
observatam, ostendit Maimonides. Porro
Funcianam illam sententiam, quod ingruen-
te diluvio sexcentesimum Noachi annes non
tantum fuerit inchoatus, sed plane comple-
tus, exactis praeterea 47. diebus anni sexente-
simi primi; tribus novis argumentis firmare
conatus est Benedictus Peretius, sed funda-
mento, ita extra modum ridiculo, subnixis
ut ea referre pudeat. Omnino enim aliud
agebat vir doctus quam ista scriberet, nec ip-
sum ea sine mera deliriorum fuisse dubitamus,
si quis monitor opportunus intervenisset.

^b Fanc. lib. 1.
Comm. ad
ann. 1657.

^c Of offering
Sacrifice ch.
1. sect. 12. 13
vide de phr.
fi eidē Pa-
chali Exod.
29. 38
Num. 18. 3
Confer.
Levit 22. 27.
& 23. 9. 3
& 23. 18. 19
Num. 7. 87
88. cum Nu.
28. 3. 9. 19
^d In Gen lib.
12. sect. 3.

C A P. LV.

De biennio post diluvium quo Semo natus
est Arphaxad: ubi etiam de ordine trium
filium Noachi, & cui eorum primogeni-
tura debeatur.

D E biennio Diluvium proximè insequente
locus habetur, Genef. XI. 10. Sem erat
centum annorum, quando genuit Arphaxad,
biennio post diluvium. Pro quo Graeca vertio
habet; οὐτε τριηετε οὐτε τριηετοντος, secun-
do anno post diluvium. Eum annum pro com-
pleto accepimus, qui LXX. interpretum nu-
meros secuti, à diluvio ad ortum Abrahæ
annos vel 642. (v. Eusebius, & ejus sequaces)
vel, admisso in Patrum numerum Cainane
1072. (ur Augustinus de Civitate Dei lib. 16.
cap. 10. & Julianus Toletanus libro tertio con-
tra Iudeos) supputaverunt. Alii vero, in qui-
bus & Paulus Crisius & Iacobus Cappellus,
pro inchoato capientes, sacrum calculum eâ
ratione unius anni detractio ne mutilarunt.
Atqui Spiritus sanctus in textu originali non
dicit οὐτε τριηετε vel οὐτε τριηετοντος quomodo
oqui soler, quum annum secundum currentem

^e Exod. 40.
17.

c denotare

3. Reg. 15.
25. 4. Reg.
1. 17. 14.
2. 15. 32.
Ezra. 37. 30.
Daniel 2. 1.
Hagg. 1. 15.
2. 10.
Zachar. 1. 1.
7.

denotare vult: sed simpliciter voce Dualis numeri ☽נְנָשׁ utitur, ut in hoc eodem libro, Gen. XLV. 6. ☽נְנָשׁ נִ Biennium est quod cepit fama esse in terrā, & adhuc quinque anni restant (de septem sc.) quibus nec arari poteris nec meti. Unde recte & in Syriā, & in Caldaicā (tum Onocelos, tum ea quę Ionathani tribuitur) Paraphrasi, Arphaxad natus ponitur ☽נְנָשׁ duobus annis, & in Hieronymianā translatione, biennio post diluvium: nec non in Ruffiniana Iosephi versione. Sem filius Arphaxad natus est post annos duos facti diluvii, licet in Græca editione hodie corruptè legatur (ut proposito:) Σημα οὐος Ἀρφάξαδος, ών τέτοιο διδαχῆς εἰμιτελεῖς φύσις. Ut admodum ridicule Stanislaus Gifephius in futili libello De multiplici sclo & talento Hebraico, ex corrupto hoc Iosephi loco absurdissimum hoc pronunciatum deduxerit, Sicut sex talenta dicuntur talentum, ita & sex anni dicuntur annus apud Hebreos. Neque vero commentarii Beroli autoritate moveri debent Crufius, ut ineunte à diluvio anno altero natum Arphaxadum concluderet: quum apud homines cordatos nullius omnino ea sit momenti neque ratio ulla reddi possit, quare, cum in reliquā totā per Patrum *memorias* à Mose contexta Chronologiā, anni vel *completi* vel quasi *completi* accipiuntur, in hoc solo articulo *inchoati* sint intelligendi.

At alii non solum annum secundum *ineuntem* hic accipiunt, sed ab ineunte etiam diluvio epocham ejus deducunt; atque ita *biennium* hoc inter exitum diluvii & ortum Arphaxadis interpositum, in annorum mundi supputatione prorsus negligunt. Hi enim ex Genes. V. 32 colligentes Noahum, cum 500. esset annorum, genuissa Semum; & ex Genes. XI. 10. Semum, cum 100. esset annorum, genuisse Arphaxadum, anno post diluvium altero: ineunte anno Noachi 601, & desissile diluvium & natum fuisse Arphaxadum, inde conlusebunt: cumque inter initium anni 500. Noachi & Nativitatem Arphaxadi, juxta Johannis Funcii lectorates (de quibus in 3. cap. diximus *quadiennium*, juxta alias (ad quos & nos accedimus) *triennium*, juxta illos de quibus proximè jam egimus *biennium* solidum interjectum supponatur; ex horum rationibus *unus* tantum annus, ilque illi idem quo terras diluvium occupavit, relinqueretur.

Atque hec fuit Theophili Antiocheni cap. 1. Chronographi illius qui ad annum XIII. Alexandri Severi tempora perduxit (tomo 2. antiquae lectionis Henr. Canisii, pag. 581.) Iuli, Africani, Severi Sulpitii, Iosephi Christiani Scriptoris, (in Hypomnestico, nondum edito) Constantiopolitanus Chronicus, Authoris Fastorum Siculariorum, (sive quod Alexandrinus nomine à M. Raderio est editum) Maximiani monachi, (in Computo) Syri mei Chronographi, & aliorum aliquot sententia: à quā etiam non abscedunt multum, Nicolaus Vignerus in Bibliotheca sua historiali, ad ann. Mundi 1657. & Iosephus Scaliger, in Elencho Orationis

Chronologica D. Parei, ubi de primogenitura Semi differens, quum generalem thesin statuisset, hunc ordinem filios in Scriptura habere quem illis natura dedit: particularem hanc hypothesin ista (quam vocat) demonstratione stabilire nititur. Anno Noa 601. inuenit Sem genuit Arphaxad, annos natus centum; censesimo anno: absoluto postquam pater ejus ceperit generare. Quare si Noa annorum 500. erat quum ceperit generare, & filius ejus annorum 100. ceperit generare, anno patris sui 601. inuenit, nullus ergo filius Noe natus est ante Sem. Propterea errant, qui natalem Arphaxad statuunt anno Mundi 1658. Noe statu 602. Ita Scaliger.

Nos vero cum longe maiore, & meliore Chonologorum parte, Scriptura dictum sequi, quæ biennio post terras ab aquatum eluvione liberatas, Arphaxadum ortum non obscure significat, inuenit anno Mundi 1659 & attatis Noe 602. natum illum fuisse defendimus: & Scaligerum, ad inuenit annum Noe 601. natalem ejus referentem, & à veritate, & à fundamentis propriis hic diligenter affirmamus. Si enim inuenit anno Noachi 601. natus fuisse Arphaxad, ut Scaliger & Veteres illi putarunt, statim post finitum diluvium in lucem cum editum fuisse oportet: Nam *sexcentesimo primo anno*, primo mense, primā die mensis amovisse Noahum operculum Arcē; & mense secundo, die mensis 27. siccata terra, egressum ex fuisse Scriptura sacra testatur, Genel. VIII. 13. 14. Si continuo post egressum ortus fuisse Arphaxad; non dixisset Scriptura, Genel. XI. 10. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium: sed potius, *Statim post diluvium Sem centum annorum existens*, genuit Arphaxad, quemadmodum antiquissimus alterius sententie assertor loquitur Theophil. Antiochenus.

Quis autem credit, invalescentibus super universam terram aquis diluvii, Semum in Arcā (quasi in sepulchro, conditum, liberti operam dedisse: Uxoremque ejus codem carcere conclusam, factum animatum atque adeo partui jam maturum, in utero gestasse: quod vix, aut ne vix quidem, cum illo Apostoli pronunciato poterit confidere: *in arcā paucas, id est, octo animas servatas fuisse in aqua*. (1. Petr. III. 20.) Adde, cum Torniello, eos qui in Arcā erant, nimio tetro correptos, penitentia potius opera exercuisse, lugentes communem illam humani generis cladem; nec ad mulieres accendendum esse existimasse, usque quo intelligenter Deum humano generi esse placatum, ac de ipso reparando deliberasse: alioquin videri posse, frustra Dominum expleto diluvio iterum protulisse verba illa de generatione liberorum; Crescite, & multiplicamini, &c. (Genel. IX. 1. 7.) redintegrato naturae ordine, sicut erat in principio. (Genel. I. 28.)

Nec illud prætereundem, quod Genel. X. 11.

& 1.

& i. Paralip. I. 17. filii Sem recensentur, Elam, & Assur, & Arphaxad. Quod si, (ut hic contentit Scaliger) eum ordinem filii in Scriptura habeant, quem illis natura dedit: neceps est ut Elam & Assur ante Arphaxadum geniti fuerint, neque inuenire Noachi 601. hunc primo post diluvium anno, omnino nasci potuit Arphaxadus. Et certè dignatione gratie Arphaxad utroque fratre prior fuerit; non alia videtur afferri posse ratio, cum tertio nominatus illos sit loco, quam ob nativitatis ordinem. Nam quod potissimum pro Arphaxadi primogenitura à Jacobo Capello contra Augustinum Torniellum urgetur argumentum, a tempore priorum filiorum alimonie assignando peritum; quod *tum neque nutrix illa, nec latit pecunii copia, sufficeret:* ab ipso Torniello ad annum Mundi 2. num. 1. prolixus est solutum. Neque illud etiam à Scaligero est animadversum, labefactari hic ab eo illam epocham quam prius ignoratam & à se constitutam esse jaicitat, ** omnium aut sacra historia ant exoticas coriassimam, unde omnes rationes temporum Biblice historia pendant;* ^b ut verè possit illa vocare matrem ceterarū Epocharū. Epocham nimurum Exodi, quando migratum est ex finibus Agypti: quam & alibi semper, & in hoc quoq; Elencho, in anno Mundii 2453. concidit, atque in annum tertium annalis Hebdomadis currentis. Si inuenire anno Noachi 601. Arphaxadum natum admiserimus; nec in annum 2453. incurrit Exodus (posito etiam Natali Abrahami anno Thara 70.) nec anni Mundi per septenarium divisi, Hebdomadem annalem exhibebunt: indeque Johannes Bohemus, hoc observato, ab effatis Magistri sui hinc quidem in loco necessario sibi discedendum esse putavit.

Erroris vero fundamentum in eo est positum, quod Noachus tum præcise 500. annorum fuisse existimat, quando Semum genuit: idque ex textu illo colligi putatur Genef. V. 31. *Et fuit Noah filius quingentorum annorum;* id est, quingentesimum agebat annum, & genuit Noah Semum, Chamum & Japhetum. Cum autem uno & eodem anno, omnes istos tres nequaquam suscepit; non aliud voluisse Mosem consitaneum est, quam Noachum anno etatis 500. liberis operam date cōpisse, adeoque primogenitum procreasse: sed cui eorum primogenitura danda, res est non adeo perspicua, ut prima facie possit videri. Illam enim Scaligeri rationem, quæ hunc ordinem filios in scriptura habere statuit, quem illis natura dedit, admundum infirmam esse ostendit Benedictus Pererius. *Quamvis enim, inquit, illud videatur arguiere, Sem fuisse primus natu filiorum Noe,* quod semper in scriptura cum nominantur filii Noe, primus omnium censetur Sem (ut Genef. c. V. VI. IX. X. & initio prioris libri Paralipom.) idque pro magno arguento ad id ipsum probandum afferunt nonnulli: attamen id non magnam vim habere videtur. Namque etiam Cham inter filios Noe secundus memoratur; quem tamen minimum fuisse omnium, & planum est. Similiter & Isaac nominatur ante Ishmaelem, & Jacob ante Esau, non propter priorem ortum, sed pro-

^a Ambros. de
Noe & Arca,
cap. 2.

^b Illiad. 4.

^c Mercer. in
Genef. 10. 1.

Libr. c. iv.

^k Perer. in
Genef. 15.
fecit. 132.

^l Joseph. An-
tiquit. lib. 1.
cap. 7.

I. Vſſerii Chronolog.

c ij ad 1800

^a Scalig. in
Animadverſ.
Euseb. pag.
11. col. 2.
^b Id. in Ca-
ſon. Ilagog.
pp. 282.

^c Peter. in
Genef. 15.
fecit. 132.

^d Genef. 9.
14.
^e I. Paralip.
128 Genef.
Gen. 28. 5
folia. 24. 4.

αδελφούς ὄπηράντι σκένευσεν οὐ δὲ μετανεμεῖται τοι πατέρας. καὶ Νόες αἰσθένεσσος, τοὺς μὴ ἀνθρώπους εὐθυμοτάτους ὑπέβαλε τῇ δὲ γῆς μὲν διὰ τὴν οὐρανοῦ αὔτη μηδὲ ἔπειρος, τοῖς δὲ ἀνθρώποις αὐτὸς καὶ τῷ αἵματι διατρέψεσσον τὴν γῆν, τοὺς γένος τούτους μετασεβόμενος εἶπε τοῖς ἀρρενοῖς τοῦτον τὸν πόνον τούτους μέτρον δέ τοις. Id conspicatus filiorum natum minimus, per ludibrium fratibus indicavie: illi vero parentes operueruntur. Sensit hoc Noachus, & precatus aliis filiis felicitatem, ne Chamum quidem diris devovit, respectu sui sanguinis, sed tunc ejus posteros: quas cum ceteri evasisse, Chananae liberos ultro divina est consecuta.

Verum quum nepotes dicantur filii avi, non minus quam filii ipsi, quod, ne à proxima Semini ipsius progenie discedamus, ex I. Chronic. I. 17, cum Genes. X. 23, collato liquet:) non defunt qui parvum filium in ea historia nequam Chamum ipsum, sed filium ipsius Chananaem, intelligendum esse existimant. Ita ex Hebreis, R. Levi ben Gershon, & Abraham Aben Ezra in 9. cap. Genes. è nostris Theodorus quæst. 57. in Genes. (si non Origenes potius; cuius expositione, ab Hebreo magistro suo accepta, ex Catena Græca à collectore fragmentorum Theodoreti hic inserita fuerit) & Procopius Gazetus in Genes. cap. 9. Quam sententiam licet in Elencho Orationis Chronologæ D. Parei summopere propugnatus fuerit Josephus Scaliger; nihil ille tamen attulit, quod à simplici & recepta historiæ intelligentia cognat os abscedere.

Quid feci Cham patri suo? inquit ille, Nihil; Tantum fratribus de patris probro nuncius fuit. At qui Scriptura disertè dicit nescio quid Noe à minore filio factum, propter quod Noe in maledictionem eruperit. Respondeo; nihil illud Scaligeri, aliquid profecto fuisse factum filio indignissimum. Oculum qui subfannat patrem, aut spernit obedientiam matris, hunc effodient corvi vallis, aut comedent eum juvenes aquila: dicit Sapiens, Proverb. XXX. 17. & ipse Plutarchus, in libro περὶ φιλαδελφίας, sive de amore fraterno. Οὐδὲ ἀνὴρ μέγας ὅμιλος εἰδὼς γένετο τῆς μετεπέλεγχος καὶ παρεμβολας, δο τοὺς μὴ ἀλλοι κακούς τοις ἀπειπτας παισὶ δὲ τοῦ καὶ πατέρος τοῦ μὴ παρέχειν ἐπονος δρόστας διὰ τὸ λέγοντας αὐτὸν ὡς ἀντεργοντα, καὶ μὴ προσεῖν τὸν αὐτὸν, εἰσαγωγὴν καὶ ἁδίστων. Quomodo vero Chamus erga patrem suum se gefserit, ex Theodoreto, quem sūta sententia vindicem laudavit, intelligere hic poterat Scaliger. *m* O γαρ τὸν Φιλαδελφεῖον εἴδετο, ος παρελας τὸν τοὺς φίλους γένετο. ὅτι τὸ γένος τοῦ γενέσιον τατατοντας ἀντενεκανει παρενεργῶντας οἱ τοῦ γαρ αἰδοῖς τοις τοῦ πατέρος, οἱ πατέρες αὐτοῦ τοις τοῦ πατέρος βαδίζοντες πανεχελυζοντας τοις πατέρες, οἱ αὐτοῦ πατέρας οὐδὲ παρείπεται εἰδάσσοντας. τοις τοις τοῦ πατέρα πάτερος οἱ τοῦ πατέρος τοῦ πατέρος τοῦ εὐλογίαν εἰδέχοντα. Cham parricidii reus habitus est, tanquam transgressus legem naturæ. Nam quod natura ipsa doceret venerari & colere parentes opertere, testificantur fratres ipsius Cham: καὶ quo cum intellexissent quod patri acciderat, multo cum pudore retro gradientes Patrem operuerunt, ut minime viderent, unde erant prognati. Itaque merito benedictionem à patre accepérunt.

Et si illi ob rectam patris ignominiam bēne dictionem fuerint consecuti; ob contrarium certe factum Chamus maledictionem meruerit: quippe qui patris nuditatem non modo non texerit, sed etiam publicaverit, & lumina faciens hic noxia, & linguam quoque,

Atqui scriptura disertè dicit, nescio quid Noe à Minore filio factum, propter quod Noe in maledictionem eruperit. Experrectus enim videt quod sibi minor filius fecerat, quod quidem Scriptura non exprimit, sed tamen constat factum esse: ut eleganter monet doctissimus Aben Ezra. Propter aliquod enim factum maledictio emissa est, non quod Cham pudenda patris viderat. Id enim experrectus ipse nescire non potuit. Ita Scaliger, Relp. Factum illud quod experrectus recevit Noe, & maledictionem ab eo expedit, ut extra Scripturam queramus non est opus: sufficit abunde illud, quod Chamus "nuditatem & turpitudinem patris sciens & libens aspergit, cum contemptu irritat, divulgavit, & fratres suos ad ejus irrisiōnem provocavit. Tanta in uno hoc facto criminis recte notavit Paterius: qui de ratione etiam quā pater ista rescripsit, porciūt, conjecturam afferat admodum probabilem "Noe expergiscerentem, cum vidiſſet pudenda sua propria veste nudata, & alieno pallo contecta, causam ejus rei quiescisse ex filii: atque ita eos ad narrandum quod acciderat esse compulso: de quā & Chryſotomus, & Iacobus ēzra, & oīdēs οἱ ἀδελφοί ἐγένετο, οὐδὲ τοι διάτοι διεταῦται βιωθόντοι, ἀλλα τοι τεργυτας οὐτοὶ διετοῦται ιανοὶ καταληκόντες τῷ τραχυμάνῳ βιωθεῖν εἴλεται. Vnde cognovit? forte fratri significaverunt: non accusationis quidem grata, sed rem ut facta erat docentes; ut conveniens ille suo vulneri remedii umacceret. Ne quis opus esset existimet, cum Faſtorum Sicolorum, & Glosse interlinearis authore, ac R. Levi ben Gershon ad spiritum propheticum & diuinam relationem hic confugere.

Sed pergit Scaliger. Si Cham aliquid fecisset, in eum competitabat maledictio. Sed in Chanana distracta est illa. Chanana igitur fecit: atque adeo ipse est qui dicitur minor frater. Verum in filio punitum hic fuisse ipsum patrem, si non ex I. Chryſotomo vel Augustino, certe expiō (quem ut sententia sua vindicem hic protulit) Theod. discere potuſſerit Scalig. de Cham ita scribente. *m* Enīδος ὁ ἐξεκατοντα πατέρας, διὰ τὸν τοῦ αὐτοῦ αὐτὸς διεργατὴ τῶν πατέρων. Quia, cum filius esset, in patrem deliquit ob id per filii maledictionem pœnas luit. Additque, Noachi verba non tam imprecationem in se continere, quam futurum prædictionem. Enīδος τὸν πατέραν οἱ Ιεροὶ τὰ τὰ Σημεῖαν τὸν Μαλεσίνην παρελαμβάναντο διὰ δεσμῶν, πάτητον δὲ πάκας ἔχον οἱ οἱ τοῦ γαρ εὐλογίας εἰσερχοντες τοις πατέροις ποτίσαντο προσεργάτους μὴ τὸν πατέρα, διδιπόρον δὲ τοῦ ὑπερον θεοῦ τὸν πατέραν τοις γρετοις. Nam cum ipse Israel ex Sem genū ducens, Palastinam occupatorem esset quam olim incoluerant qui ex Chananae descendebant; in maledictionis formam prophetiam effert: prædicens quidem futura, deterrens autem posteros ne peccent in parentes. Similia

habet

Vide Græc. caten.

m Theodore in Genes. quæst. 57.

^aCœna Gr.
in Genef.
ap. 9.

habet & Diodorus Tarsensis ^d in hujus loci explicatione: & Augustinus quæst. 17. in Genef. rem totam breviter ita expediens. *Queritur quare cum peccans Cham in pannis offensa, non in seipso sed in filio suo Chanaan maledicitur? nis Prophætatum est terram Chanaan ejetis Chananeis inde & debellatis, accepturos fuisse filios Israel. Qui venirent de semine Sem.*

Quoniam vero subiungit Scaliger, in Sermone Hebreo avos vocare nepotes suos כָּנָעָן פָּנָים, minores: prolatu aliquo Scripturæ testimonijs probare hoc potius ille debuerat, quam id quod huc omnino non facit; à filiis familiæ filios filiorum fratres vocari. In sacris literis certe, ejusdem parentis immediatos filios ad seniorem fratrum ætatem respectu habitu filios minores appellari, vel ex loco illo Genef. 27.15. constat: ubi Rebecca dicitur accepisse vestes Esau, נְאַתֵּן לְךָ בֶן־יַעֲקֹב בֶּן־יַעֲקֹב filii sui majoris, ilque induisse Jacob ἡρπετον κώνην filium suum minorem. Licet illi, qui ex præjudicata opinione Chamum ætate medium filiorum Noë fuisse existimaverunt, reliqua propria & simplici vocis intelligentia, quæ filius illius minor sive *notatus* (ut Graci interpres reddiderunt) fuisse si significabatur, vel ob corporis & staturam parvam, vel ob animi rudiatem, quasi in quadam intellectus infantia constitutum, (ut loquitur Ambrosius;) vel ob fortunæ etiæ sui conditionem, הַכֹּה־מִזְמָרְתָּה, abominabilem & contemptibilem, quemadmodum ex versu 2. prophetie Obadiæ R. Salomo Iarchi id explicandum censuit. *Nuntiavit de ônay qor, wa'n-kha'at öryya. arayyâr ve-tigayyâr, iyyâr ve-tigayyâr.* Cum juniorum filium appellat, non tempus statis describit, sed morum dispositionem novis rebus studentem: inquit Philo, in libro de resipiscientiæ Noæ, & Chrysostom, serm. 29. in Genef. Chamum Japheto majorem natu fuisse existimans, cur Chamus tamen junioris [Genef. IX. 24.] & Japhetus senioris [Genef. X. 21.] appellationem adeptus fuerit, tropologianam hanc similiter reddit rationem. *וְאַתָּה אַתָּה תְּבִיא אֶת־תְּבִיאוֹת, וְאַתָּה תְּבִיא אֶת־תְּבִיאוֹת, וְאַתָּה אַתָּה תְּבִיא אֶת־תְּבִיאוֹת, וְאַתָּה תְּבִיא אֶת־תְּבִיאוֹת.* Sicut Cham, id quod natura habuit, nequitia voluntatis amisi; ita Japhet quod natura non habuit, saniorem ob mentem accepit.

Ut à Chamo igitur ad Japhetum jam transeamus, & hujus cum Semo de principatu ortus contentionem expendamus: eam Semo deberi dignitatem confirmat ^d Salianus, non ea solum conjectura, quod primo semper loco nominatur, & quod Noë in benedicendis filiis, Semum Japheto præluit; sed ea potius ratione, quod Scriptura Semum vocat fratrem Japheti majorem (Genef. X. 21.) Sed conjecturarum illatum duarum infirmitatem satis aperuit Peterius, licet & ipse non minus quam ille acer primo genitura Semini patronus: alias causas asserti posse docens, Quare Semus & primo loco nominatus & à patreante Japhetum benedictus fuerit, præter illam unam ab etatis ratione defumptam. De imbecillitate argu-

menti ab ordine recensionis fratrum ducti, verba illius supra produxitur: quam & ipsi postea, (Deo volente) in loci consimilis Genef. XI. 21. tractatione, pluribus sumus patefacti. Varias autem causas ob quas Noë Semum benedixisse dici posset ante Japhetum, problematice hunc in modum proposuit Peterius, *Cur prius benedixit Sem quā Iaphet?* An quod sanctimonia & prudentia morumque gravitate prestat; & idcirco patri Deo que carissimus esset? An quod ipse vehementius objurgasset Cham, autorque fuisse Iapheto id erga patrem faciendi quod factum ab illis esse legimus? An potius propter excellentiam posteritatis eius in qua futuri erant Patriarcha, Reges, Prophetæ, & quod super omnia est, Messias ipse? Adde in benedictione Semi fundatam fuisse benedictionem Japhetum; nec nisi illa prius proposita, hanc omnino intelligi potuisse. *Dilectus* (vel potius alliciat) *Deus Iaphet;* & habitat in tabernaculis Sem. (Genef. IX. 27.)

De textu igitur illo, Genef. X. 21. tota est controversia *Sem quoque nati sunt, patri omnium filiorum Heber, fratri Iapheth majori.* Sed utrum Sem an Japheth fuerit natu major inter filios Noë, non hinc posse determinari agnoscit ^e Torniellus, propter Hebraici textus ambiguatem; in quo legitur, נְאַתֵּן לְךָ בֶן־יַעֲקֹב בֶּן־יַעֲקֹב. Cū enim casibus Hebrei careant; illud נְאַתֵּן vel dativi casus esse poterit & referri ad Sem, vel genitivi & referri ad Japheth. Et ut uno modo reddidit editio vulgata Latina; *fratre Iapheth majore:* ita altero, editio vulgata Graeca; δέ οὐδὲ τὸν μικρόν, fratri Iapheth majoris. Licet enim Augustinus, libro 16. de Civitate Dei, cap. 3. *majore* in Latino suo codice hic vel legerit, vel legendum esse putaverit; in Graeco tamen, eodem quo hodie modo, τὸ μικρόν, lectorum fuisse, ex eo quod postremum ex Chrysostomo citavimus testimonio manifestum est.

Salomonus Gesnero, in Genef. cap. 10. quæst. 8. textus Hebreus id potius innuere videtur, Semum esse fratrem Iapheti grandiorum: quia ^f prefixum voci נְאַתֵּן non Genitivum, sed nominativum casum innuit, quum, si ad Semum hoc loco referatur, non nominativi, sed dativi casus esse oporteat: & articulum ^g omnium causum nominibus promiscue prefigi solere constet; & genitivi speciatim, in loco huic simili à nobis producتو ex Genef. XXVII. 15 ubi Rebecca accepisse dicitur וְאַתָּה תְּבִיא אֶת־תְּבִיאוֹת Esau filii sui majoris. Eandem sententiam hac ratione persuadere conatur Peterius, *et Omnino, quæ sic narrat Moses de Sem, ad commendandam ejus excellentiam dignitatis pertinent, ut quod ipse pater fuerit omnium filiorum Heber, id est, populi Hebrei, & tot tantorumque virorum qui in eo populo clarebant. Ergo quod subdit, ipsum fuisse fratrem Iapheth majorem, ad ejusdem spectat commendationem. Quorsum enim hoc loco Moses dignitatem Sem significans, dixisset illum fuisse fratrem Iaphet majoris ipso:*

* Peter. in
Gen. lib. 14.
sec. 185.

^fTorniel an.
Mundi 1659.

Sed

^a Jo. Beham
Chr. lib. 1.
ix. cap. 6.
^b Amb. lib.
de Noë &c.
Act. c. 31.

^c Sallian. ad
Mundi
1559. parag.
2.

Sed hanc rationem probabilem tantum esse, fatur ipse Pererius: & quidquid in ea probabilitatis est ex eo totum dependet, quod nondum nobis liquet, qua de Semō hic narrantur, encomiastico, & non mere historico modo à Moſe fuisse proposita; aut si commendationis aliquid hic ille spectaverit, Semī potius dignitatem à populi Hebraī præstantia, an populi sui Hebraī dignitatē a patris Semī præstantiā estimandam, illum voluisse, ex quorum neutrō erit consequens, in altero membro, quod aetas Semī & Japhethi collationem continet, aliud fuisse spectatum, quam simplicem historicā veritatis enarrationem. Nam quod, velut à Pererio prætermillium, Harvillaeus hic addendum censuit; secundum hoc membrum, non minus quam prius illud, esse (ut ille loquitur) declarativum seu confirmativum qualitatum Sem: nihil omnino rem promovet. Utrumque enim membrum declarationem, non qualitatum quidem, sed relationem Semī complectitur: paternæ, ubi dicitur fuisse pater omnium filiorum Eberi; fraternalē deinde, quum dicitur fuisse frater Japhethi non major (quod ille hoc argumento confessum frustra putabat) sed natu maximus, ut Tremellius & Junius sunt interpretati: hac etiam interpretationis sua ratione & explicatio addita.

Hec, rationem accentuum, fidemque historię sequuntur, sic exposuimus. Nam quum Noach quingentesimo demum aetatis anno gignere caperit. [cap. V. 32.] sexcentesimo sit diluvium expertus, [cap. VII. 6.] sexcentesimo secundo, id est altero post diluvium anno Schema Arpachazum agens centesimum annum genuerit [cap. XI. 10.] omnino hunc constat non fuisse natu maximum. Cham autem diserte minimus natu fuisse dicitur. [cap. IX. 24.] Necessario itaque de Japhetho locum hunc siccōportū accipere: ut natus 500. annos Japhethum, natus 502. annos Schema, natus eo plures annos Chamum genuerit. Cur autem hic frater Japhethi appelletur excusus Chamō, id ex illa Noachi historiā cognoscendum est, que habetur supra. [cap. IX. 23.] & sequ. Hac illi.

Huius argumento, à Nicolao Lyrano & Alphonso Tostato ad probandam Japhethi primogenitūram ex Hebraeorum sc̄riptis produc̄to, Pererius probabiliter responderi posse judicat: *vel Noë non capisse generare quingentesimo aetatis sua anno præcisē, sed quingentesimo secundo, eoque ipso anno generatum esse Sem, ob idque biennio post diluvium cum fuisset centum annorum; vel Sem secundo anno post diluvium cum generavit Arpachaz, non fuisse centum annorum præcisē, sed fuisse centum & duorum annorum. Cum divina scriptura mos sit, parvis & minutis numeris tacitis ac prætermisis, maximum & integrum numerum duntaxat commemorare. Addit Cornelius à lapide in Genef. cap. XI. 10. quia hic numerus minutus exprimitur, scilicet quod biennio post diluvium, Sem fuerit centum annorum, qui non exprimitur. cap. 5. 42. hinc Moysēm hic patius, quam capite V. præcisē videri consignare annos Sem. Itaque de altero loco, Genef. V. respondet, Salianus,*

anno quingentesimo Noë nullum ipsi filium natum esse, sed velle tamum Moysēm docere hōce tres filios natos esse post annum quingentesimum patris, & non ante. Cui locutioni, (inquit) quoniam paucos induxit in fraudem, Caesarinus effert aliam longe simillimam ex. Gen. XI. 26. ubi de Thara dicitur, cum vixisse 70. annos & genuisse Abram, Nachor, & Aram, qui tamen divisi valde annis geniti sunt, ubi tamen explicationem istam negativam, quod Thara non ante 70. annos, incepit generare, ista, ita ipse Salianus accipit, ut anno illo 70. expletō, aliquem illorum trium nasci oportuisse agnoscat. Alioquin, inquit, falsum esset, Thara genuisse Abram, & Nachor, & Aram cum vixisset 70. annis si neque de omnibus neque de illo coram verum esset. Qui id ipsum proculdubio de altera illa locutione longe simillima. Genef. V. 32. fuit et pronunciatius, si de Semī primogenitura præjudicium mente illius non occupasset.

Sed condonato illi hoc errore, accipiamus quod ipse ultro dat, & ex Scripturā Genef. XI. 10. perspicue confirmari agnoscit; natum fuisse Semū anno Noë 502 exacto, & annis 98 ante finitum diluvium. Hoc enim ad firmādam veritatem Chronologicam quam in hoc capite defendendam suscepimus, abunde sufficit, & ad eorum errorem refellendum, qui in tegro biennio annorum mundi setiem mursa sunt: quem ipsum jamdudum animadversum, & hoc eodem arguimento refutatum à quinto Julio Hilarione videmus; in libello de Mundi duratione ita hac de re dicente: Quia anni Sem. XCVIIII. in consummatione Diluvii completi sunt; duo feliciter anni adrationem summe, quam post Diluvium designavimus necessarij sunt. Ipse enim Sem biennio post Diluvium fuit annorum centum, & sic genuit Arpezzat: quos annos duos descriptores hujus rationis in numerum annorum non posuerunt, quomodo eos minime præviderunt.

C A P . V .

De multiplicatione generis humani post diluvium, & Gentium dispersione ad argumenta ab historiā petita, quibus Johannes Morinus Hebraica Chronologie veritatem infirmare conatus est.

Si ed in biennio post diluvium nimis diu hasimus. De temporibus illud insecuris, usque ad 70. annum Thara, jam dispiciendum est, quorum (cum illo coniuncto) summam ex Gracis codicibus, in lib. 16. de Civitate Dei, cap. 10. ita Augustinus colligit. Finis anni à diluvio usque ad Abraham. 1072. secundum Vulgatam editionem, hoc est Interpretum LXX. de Hebreis deinde subjiciens. In Hebreis autem codicibus longe pauciores annos perhibent inveniri: de quibus rationem aut nullam, aut difficultam reddunt. In his enim à diluvij exitu ad finem anni 70. Thara, quo Abramini orum ille retulit. 292. tantum numerantur anni, ex quibus solum 101. à finito diluvio ad nativitatem.

*a Per et ut
Capit. sec.*
138.

*Salian. ann.
Mundi 1559
pum. 3. 1*

tem Phalegi (quo confusionem linguarum & dispersionem gentium esse referēdam idem censuit) decurrisse statuuntur, atque in his anni Cainanis quos ille in summā suā exposuerat, omnino praetermittuntur. Ut autem tam brevianorum spatio, tanta ex tribus Noachi filiis oriti posset hominum multitudo, quæ coloniis qua versum per orbem deducendis sufficeret, atque ut ex Patriarcharum serie Cainan ille expungeretur, qui non in Vulgatā tantum Moy-sis editione sed etiam in Evangelio [Luc. III. 36.] locum obtinuerat, res Augustino expeditu difficultima videbatur.

Confusionem vero linguarum, & cum ea conjunctam migrationem gentium, in ortum Phalegi incidisse, ex verbis illis scripturæ, Genes. 10. 15. & 1. Paralipomen. I. 19. colligunt. Natiq[ue] sunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg, eo quod in diebus ejus divisiva sit terra; & nomen fratris ejus Joktan, vel Joktan, de quibus Augustinus, in libri citati capite II. Intel- ligendum est ipsum Heber propriea tale nomen imposuisse filio suo, ut vocaretur Phalech, quod interpretatur divisio; quia sunc ei natus est, quando per linguam terra divisiva est. Quanquam alij post nativitatem Phalegi divisionem hanc factam fuisse malunt: tum quod scriptura non in ortu sed in diebus ejus divisam terram fuisse dicat; tum quod inter coloniarum duces, filij. XIII. Joktanis, fratris Phalegi, recentantur. [Genes. X. 26.] Cum autem, juxta veritatem Hebraicam. 34. tantum annorum fuerit Heberus, quem natus ei fuit Phalegus: etiam si 17. tantum annorum illum fuisse concederemus, quem natus est ipsi Joktan, & totidem Joktanem quem suscepimus ab eo fuisse filiorum illorum XIII. natu maximus; reliquos XII. tempore nativitatis patrui sui Phalegi in lucem nondum fuisse editos, necessario, consequetur. Quod si eo tempore natus fuisse ipse Phalegus, quo conspirantes turbæ Turris Babylonicae insanam structuram primum moliti cuperunt ne dispergerentur in superficie totius terra. [Gen. 11. 4.] Stultissimo huic conatu (nominis huiusmodi impositione) opportune Heberus occurrere potuisset; recens nati pueruli diebus gentium dispersionem, quam illi frusta impideire conabantur eventuram praedicendo. Nam & à futuro eventu nomina interdum imponi fuisse solita, ex Genes. V. 29. & Hos. I. 6. apparet: & Heberum vaticinio quodam filio suo Phaleg nomen hoc imposuisse, Chrysostomus sermone 30. in Genesim, Hieronymus libro quæstionum Hebraicarum in Genesim, R. Iosef, in Seder olam Rabba. cap. 1. R. Salomon Jarchi in Genes. X. & alijs affirmant.

Verum hæc licet satis verisimilia, certitudinis tamen non sunt tantæ, ut à simpliciore & magis recepta Josephi atque Augustini sententia cogant nos recedere. Neque enim Mosi (quod primo hic loco considerandum venit) in decimo hoc Genesios capitulo fuit propositum, omnes omnium coloniarum, quæ ante ipsius tempora fuerunt, doctores memorie tradere, sed eorum tantum quæ Abrahæ ortum præcesserunt. Aliarum enim quæ postea accesserunt,

runt, ut *Israelitarum, Madinitorum, Ammonitarum, Moabitarum, Idumeorum, Amalekitarum*, origines, suo postea loco commemoratas fuisse videmus. Et ipfarum illarum antiquiorum coloniarum deductione (quod secundo loco est perpendicularum) quo tempore in lucem editus est Phalegus, capita tantummodo fuit, non autem ad exitum perducta. Terra enim per centum totos annos inulta indeque partim pretrecentibus graminibus palustris effecta, partim etiam senticitis & dumetis obliterata tam colonos quoque vellet, cito currere non sinebat: ut proinde viciniora primum loca occupare, procedenteque tempore & crescente populi multitudine ulterius progredi, atque in remotoribus regionibus longo post tempore sedes figere cogentur. Quo fortasse respiciens Moses in diebus potius quam in ipso ortu Phalegi, divisas fuisse terras dicere maluit.

Additum quod non omnes Noachi posteri Turris, & urbis Babylonicae structuram sunt agressi, sed ijs quos filios hominum^a Moses nominat; cuiusmodi & idem Paulus ante^b filios Dei opposuerat, & quorum oīστας πονηροις consentiū iniquitatis, author libri Sapientiae hic incusat. Iti enim à ceteris, (numero quidem paucioribus, sed quorum posteros multitudine auctos, in variis sedes urgente necessitate dispergendi, necesse non poterant,) segregati, ut potentiores & alii magis formidabiles se se redderent, unti viribus intra unius manutissimæ civitatis cepta continere se, quam diu poterant conabantur. Etsi vero structuræ illius per confusionem linguarum facta interruptio, Gentium dispersioni primum dederit initium: Moses tamen Coloniarum deductionem (capite X.) ante liguarum illam εὐθεῖαν (capite XI.) enatrans, non ab iis tantum qui Turris Babylonicae edificationi interfuerant, sed & universim ab omnibus Noachi filiis ante ortum Abrahami deductas colonias traditas à se fuisse significare voluit: quod & in Catalogi torius generali illo epilogo declaravit apertissime. Ha familiæ filiorum Noa juxta populos & nationes suas. Ab his divisæ sunt gentes in terra post diluvium. Quo minus mirum videri cniquam debat, post natum Phalegum, XIII. ipsius ex fratre Joktane nepotes inter harum coloniarum duces recenti.

Ut numerum posteriorum Noachi, qui circa tempus nati Phalegi existere potuerit, conjecturâ aliquâ Johannes Temporarius assequetur; in 2 Demonstrationum suarum Chronologiarum libro tres Noachi filios, similiterque posteriorum eorumdem unumquemque 20 annis asecutum, singulis annis gemellos ex conjugibus suis suscepisse censer: indeque per Progressionem arithmeticam anno post diluvium 102. mares simul & feminas 1554. 420. ex illa stirpe prognatos fuisse colligit. Nos dimidiâ illius summae parte demptâ, quod illa de natu unoquoque anno gemellis aliquanto durior videatur esse hypothesis 13860. marium, totidemque foeminarum, numerum assumimus: ex quo tantam Babylonicae turris extremitibus deduci posse arbitramur, quæ primarum colo-

^a Gen. 10. 5.^b Gen. 6. 2.^c Sapien. 10.^d Gen. 10. 32.

niarum

niarum deductioni (de propagatione enim res est alia) pro ratione temporis esset sufficiens. Nam si statim cum pubertate) quam ab exacto 14. etatis anno ordiebantur Romani) novos illos Orbis instauratores (viribus ad hoc peragendum à Deo suppeditatis,) liberis operam dedisse, geminosque sibi & quandoque ter geminos suscepisse, libaret admittere: de numero hominum, anno post finitum diluvium, 102, in colonias deducendorum non est quod magnopere futuri essemus solliciti, praesertim si consideraverimus, Noachio & tribus filiis ejus bis à Deo prolatam fuisse benedictionem illam: *Crescite & multiplicamini & replete terram.* ad certitudinem promissæ fecunditatis fidem faciendam (ut nota hic Petrius) & ut nullo modo dubitarent fore, ut tanta illorum paucitas in amplissimam posteritatis multitudinem brevissimo tempore multiplicanda esset.

Ex tanta tamen in tam brevi tempore posteritatis ipsorum multiplicatione Hebraici calculi fidem Johannes Morinus ita elevarit mititur. *Est admodum mirabile, quomodo tam potentes reges, adeoque multi, regnauerint vivente Abraham; cum ad Abraham nativitatem à diluvio, quo Noe solus cum tribus filiis superstes fuit, anni trecenti iuxta Iudeos non effluxerint: tum ad Indos usque ex omnium calculo imperabat Ninus Assyriorum rex potenissimus: Egyptum tenebat rex magnus, apud quem aliquandiu vixit Abram tribus mensibus, ut scribit Sefer Olam. Reges alii plurimi quorum mentio fit in sacris litteris Abrabe coetanei erant; ut novem illi de quibus Genef. XIV. quorum uni, scilicet Chedorlubom, quinque reges annis duodecim servierant, annoque decimo quarto redintegratum est bellum, quo Loth captus est, & ab Abram servatus. Ecce Abrahamo juvene quam mulci Reges, quam multa bella, quam variae & à se invicem dissita nationes. Trecentorum tamen annorum spacio (juxta Iudaicum calculum) hec omnia ex quatuor hominibus pullulabant. Quantum inde multiplicationis Israelitarum in Egypto ex 75. animabus ducentorum & aliquot annorum spacio facta miraculum elevatur? Im si tantum non fuissest Israelitarum incrementum, sterilitatis à Deo damnari tum temporis credi potuerunt.*

Verum non sat hic æqua inter incrementum Israelitarum & primorum, edito in lucem Phalegio, novi Orbis colonorum instituta ab eo est comparatio. Cum enim multo diutius quam Israelites, patres illi primi vixerint; & qualem ab his & ab illis liberorum numerum expectari, haudquam rationi consentaneum est. Et verum quidem illud est, *filios Israelis feci-
visse, progenuisse, atque adiuctos & corroboratos fuisse quam plurimum; adeo ut terra Egyp-
ti impleretur ipsis, & juxta Dei promissionem
efficerentur ibi gens magna: sed hoc pro mira-
culo nusquam in scripturis habetur traditum.
Ut enim à viris 75. vel 70. vel etiam paucioribus,
intra 215. annorum spatiu, ultra 2 sex-
centa virorum millia (præter feminas & par-
vulos) propagarentur; nihil ab ordinariis na-
turae viribus alienum requirebatur, quem non*

minus fortasse mitandum fuerit, ab uno Amaleko, Esavi ex filio Eliphaso nepote, [Gen. XXXVI. 12.] gentem adeo numerolam processisse; ut tantæ Israelitarum multitudini ipso post egressum eorum ex Egypto mense altero, opponere se auderet, & pralium cum ipsis conferere [Exod. VII. 8.] Ut autem minore quam diuidiò annorum illorum 215. spatio, à tribus solummodo Noachi filiis tanta hominum extiretur multitudine, qua Babylonica Turris extructio relieta, tempore nati Phalegi dispersa in superficie totius terræ, divisioni illius primariae daret exordium; peculiaris aliquis repetite illius benedictionis, de qua est dictum, fructus requirebatur. Ut non sine causa monuerit hic D. Petavius, *singulari Dei providentia factum, ut ad incrementum sobolis humanae, ad orbis vastitatem instaurandam, præcipua quadam in illis fecunditas inesse, que justam aliquin etatem antevertet; ut vel à pueris ipsis, quod nonnulli suspicantur, probabile esset generandi in illis & usum potuisse suppetere.*

A nativitate vero Phalegi usque ad Abramini adventum in Chanaanis, quando novem illi Reges (quorum Morinus meminit) vixerunt, iuxta nostras rationes ex Scriptura Hebraica deducetos, non minus quam 324. anni decurrent: qua temporis diuturnitas tanta fuit, ut intra eam ex tot hominum myriadibus qui ubi & turri Babylonicae extremitate operam dedecunt (ut de ceteris nihil dicam) eam procreari potuisse multitudinem quæ amplissimis regnis comprehendens possit sufficere, nemo qui logit, aliquem usum haberet dubitate poterit. Nam ex novem illis Geneceos XIV. commemoratis regibus, quinque non regionum sed urbium fuerunt reguli, & quatuor reliquerunt tanta non fuerunt copiæ, ut Abrahamum cum 318. servis suis eos persequentes, à prædicta ablatâ recuperanda potuerint cohibere. Quam magnus fuit rex ille Egypti, apud quem aliquandiu vixit Abraham, Scriptura non indicat, ejusdem autem Abrahami tempore vel antea, ad Iudos usque ex omnium calculo imperavisse Numinum Assyriorum regem potenissimum nimis audax est assertio; quum præter alios patrem historiæ Herodotum omnium quos habemus extitorum, rerum Assyriacarum tractatorem antiquissimum, ad longè posteriora tempora Nini imperium retulisse constet. De quo videndi annales nostri ad annum Mundi 2757. Thomas Lydiatus in Defensione sua adversus Scaligerum, lib. 1. & Nicolaus Abramus in Phari Veteris Testimenti libro. 6. qui est de regno Assyriorum.

Exagitata deinde inepta illa Judæorum opinione, qui confusionem linguarum & primam gentium dispersionem ad postremum vita Phalegi annum referunt, altero hoc argumento Hebraicæ Chronologæ numeros suspectos reddere conatur. *Conciliare difficile est qua sit sacra Scriptura de partu Sara in Senectute, cum illis numeris. Se paritura diffidebas Sara propter senectatem, dicens: postquam confenui, & do-
minus meus vetulus est, voluptati operam da-
bo? Num vere paritura sum anus? rursumque*

*d Gen. 9. 1. 7.
e Perer in
Genet. 1. 14
num. 4.*

*f Morin.
Exercit.
Bibl. 7. c. 2.*

*g Exod. 17.
12.*

h Gen. 46. 3

*i Exod. 12.
37. cum 38.
26. & Num
1. 46.*

*k Vid. infra
cap. 11.*

*l Gen. 10.
10. 11. 12.
13. 14.*

Gen. 11. 12.

13.

habet

Gen. 21. 7.

ait Quis auditurum crederet Abraham, quod Sara laetaret filium, quem peperit ejam seni? Cum hec dicebat Sara annos natus erat Abraham 99. Sara vero aliquot junior, toto videlicet decennio, ut ipsius Abrahami verba illa, (ne cum Morino ad Judaicas fabulas recurrere hic sit necesse) Genes. XVIII. 17. clare ostendunt. Annato centum annos nascetur proles? an etiam Sara nata nonagenita annos pariet? Sed pergit ulterius querere Morinus. Quia causa ium admirationis, que stuporis, si nonagenaria mulier pareret? cum si namebus Iudaicos sequamur, hoc effet omnibus mulieribus vulgare. Viderant oculis suis Abraham & Sara avos, proavos, abavos, atavos, tritavos, & tritavorum avos & abavos, annis ducentis, trecentis, quadragesintis, filios generantes. Cum hoc diceret, vivebant Pater, avus & proavus Abraham, atque etiamnun Sara abavis. Vegetus sum temporis abnue erat Abraham tritavus Heber, utpote qui Isaac genito, 139. annis supervixit. Vivebat Heber tritavi Abraham, pater Sala, avus Arphaxad, proavus Sem. Sala enim post natalem Isaaci 74. annis vixit. Arphaxad 48. Sem 110. Quid ipse totius orbis pater Noe? ad annunusque quinquagesimum octavum Abraham vitam protraxit. Nemini dubium esse potest quin idem de mulieribus dicendum sit. Qya ergo in Sarâ tanti causa stuporis, cum tot Avias, post ducentos vita annos, filios generare quotidie videtur.

Atqui ut stuporis illius causa, & Moriniani illius effati veritas, nonagenaria partum tum temporis omnibus mulieribus suisse vulgarem, rectâ ratione patet; non cum proavis, abavis, atavos, tritavos, & tritavorum avis atque abavis, sed cum Abrahami & Sarâ equalibus, instituenda fuisset comparatio. Quum enim post Phalegi ortum dimidio quam ante breviores vitae Patrum fuerint effectæ, mirum nemini videri debet, Abraham & Sarah, licet non ipsum Phalegum, neque etiam nepotem ejus Nachorem, jam vita functos, (vitiosam enim Motini Chronologiam examinare hionon liber) Noachi tamen posteros Phalego natu majores, post trecentum annos numerant minus effero sint corpore quam qui multo pauciores: Et ut Sara quidem nonagenaria appareret, illius quoque etatis hominibus rarior res exempli videri potuisset; etiam si aliud impedimentum nullum intervenisset; [Gen. XI. 30. XVIII. 11. cum Hebr. XI. 11.] sed miranda plane, ut ex ea nonagenaria, maritus centenarius prolem suscepit, quam septuagenarius ex eadem sexagenaria suscepere non poterat. Ut autem ipse Abrahamus, qui 175. annos vivendo exegit, juxta natura vires eo tempore ordinarias, ex alia uxore, nisi maturior senectus & virium debilitas accessisset, procrearet filium; non magis mirum videri debet, quam utri qui nostro ævo moriuntur septuagenarij, liberos progingant quadragenarij.

Certe Abrahami nepos Jacobus, qui 147. annos vixit, quum annorum plurium quam 97. (imo & 110. ut in capite X. postea videbimus) Benjamin suscepit: pater autem Terachus, qui 205. vixit annos, quum 130. esset annorum, ipsum Abramam progenit: quemadmodum suo loco declarabitur. Verum ut Dei potentia in dando, & patris Credentium fides in suscipiendo promissio semine magis eluceret; inter annum 86. quo Ismaelem & 100. quo Iacobum genuit, ut prius conjugis Sarâ, ita jam ipsius quoq; Abrahami Corpus ad generationem quasi mortuum evallis, confirmat Apostolus, Rom. IV. 19. & Hebr. 11. quâ πρώτων per Dei beneficium hoc demum sublatâ ita vegetum habuit corpus, ut post 37. deinde annos Sarâ mortuâ, sex filios ex Keturâ generaverit. [Genes. XXIII. 2. XXV. 1. 2.]

In Primalij commentariis ad Rom. IV. 19. queritur quomodo Abraham postea de Cethura filios generaverit, qui de Sarâ non potuit. & respondetur, Idcirco de Sarâ non genuit, quia annus erat, & sterilis: de illa vero, que in etatis juventute posita erat, facile valuit procreare. In Sedulij ad eundem locum Collectaneis, eadem habetur responsio, sed addita & istâ alia: Quod de Cethurâ postea genuit Abraham filios; quia donum gignendi quod à Domino accepit, etiam post obitum Sarâ auxoris manxit.

Tertium argumentum, quo calculi Hebraici fidem imminui possi putat Morinus, est hujusmodi. Quomodo tam multi reges, tanta tamque seva bellagieslerunt, Abrahamo juveni; cum adhuc non modo viveret, sed etiam robustus & vegetus esset Sem? vixit enim post Abraham natalem ducentis & aliquor annis. Nullamne filii, nepotes, pronepotes, venerandi sensis rationem ducebant? Nullamne Noachi? Num regibus cesserant Noe, Sem, Arphaxad, esterique maiores, jus imperij Babyloniorum, Egiptiorum, Sicyoniorum, aliorumque populorum; cum etate, viribus & animo, maxime vigarent? Num siccis oculis filios suos barbare fere trucidantes conspiciebant? Nullane patria potestate aut intercessione sua pacem conciliare fatigebant? Esau boni patris pessimus filius, extrema fratri minitans, in ipso iracundia feruore patrem lecto decumbentem reverebatur; Venienti (inquit,) dies lucius patris mei; & occidam Jacob fratrem meum. Credibile non est Noachi; tot posteros hominem ita penitus exuisse, ut parentes suos etate vigentes, filiosque alios generantes nullo loco habuerint.

Hac incommoda fane difficilissime cum rectâ ratione in gratiam redire posse. Morinus sibi persuadet: que tamen levissimis hypothesis, & frigidissimis conjecturis nituntur omnia. A Noacho enim, Semo, Arphaxado, eos, qui contra ipsorum voluntatem secessione à piis factâ, & conjuratione contra Deum inita, urbis & turris Babylonicae extirptioni incumbentes, à Deo in superficiem totius terræ sunt dispersi, cessionis jus aliquod expectaturos quis nisi Morinus crediderit? quis aliud jus à ductoribus coloniarum & urbium conditoribus, quam populorum quibus præfuerunt consensum, questum suisse existimaverit? Nam jure belli finibus imperij sui

Gen. 27. 41.

I. Vfferii Chronolog. sacra.

d propagandis

propagandis toto hoc tempore studuisse Nymrodum tantum & Cedrolaometum regem Elamini invenimus: quicquid de tantis tamque savis bellis, Abrahamo juvene gestis, Morinus nobis hic occinat. Nam que de patrum in filios affectu & filiorum erga patres reverentia ille rhetoricitur, nugatoria plane sunt atque ridicula. Quasi vero bellatoribus illis patres defuerint, si Græcum magis quam Hebraicum libeat nobis sequi calculum: & quasi Esavi (de morte fratris ob patris reverentiam,) consilium plus aduersus bella illa faceret, quam pro illis fraticidium à Caino & Absolamo, (nihil obstante patribus honore debito, (reipsa perpetratum. A proximis quoque parentibus ad remotiores illos, Noachum, Semum, Arphaxadum ascendi, considerandum primum illi fuerat posteriorum eos bellis, per tot orbis provincias longe lateque dispersorum, praesentes non adfuisse; ut vel pro deponendis iniunctiis intercedere, vel filios suos sese trucidantes five fccis five madidis oculis possent confpicere: deinde & absentiam & distantiam istam, ex posteriorum pectoribus, tum erga maiores tum erga æquales, quantumvis cognatione propinquissimos, capitulo illam & naturalem consanguinitatis affectionem plurimum immuniuisse & debilitavisse. Cujus Posterioris in Josepho, mercatoribus Midianitis & Ismaelitis ab invidis fratribus vendito, exemplum habemus evidentissimum. Cum enim Abrahamus ex Hagara Ismaelem, ex Sarâ Isaacum, & ex Keturâ Midianem sustulerit; Josephum, ut Isaacum ex filio Jacobo nepotem ita Ismaeli & Midiani ex fratre Iacobœ pronepotem esse oportuit. Et tamen necessitudinis adeo propinquæ, tam exigua (inter cognatos habitatione diffitos) habita eo tempore est ratio; ut Josephum à Midianitis & Ismaelitis, perinde ac è nostris aliquam à Tursis, ut mancipium coemptum esse videamus.

Sequitur difficultas longe gravior, & vindice dignus nodus, de infitione Cainanis inter Arphaxadum & Salam: ubi S. Lucas, (uti Morinus objectat,) LXX. Interpretetur amplectitur, *Hebreis codicibus preferens; si modo Hebrei codices aliter tunc constanter legebant quam Græci.* Sed quia operoiorem questio hæc requirit disquisitionem, proprium illi caput dicare statuimus.

C A P. VI.

De Cainano Arphaxadi filio, in Vulgata editione Græca memorato, & Commentariis illius annis in sacram Chronologiam non admittendis.

Praeter Cainanem illum, Enoshi filium inter Veteris Mundi Patriarchas celebrem; (*Genes. V. 9.*) duo ejusdem nominis alii post Diluvium in editione Græca adjecti leguntur, quos Moses omnino non agnoscit: *Semi* dictus filius unus; (*Genes. X. 22.*) *Arphaxadi* vero alter, (*Genes. XI. 12.*) in Christi genealogia

Luca III. 36. pariter commemoratus. Que apparet inter Lucam & Mossem dislonantia perplexam illam questionem excitavit, cui solvendæ imparem se fuisse Beda profitetur; in præfatione commentariorum suorum in Acta Apostolorum, difficultatis rationem sic exponens. *Lucas testimoniis Græcis uritur potius quam Hebrewis. Ex quo accedit quod maxime miror, & propter ingenii tarditatem vehementissimo suu porro perculsius nefcio perscrutari; quæ ratione cum in Hebraica veritate a diluvio usq; ad Abramam decem tantum generationes inveniantur; ipse Lucas, qui Spiritu sancto calamum regente nullatenus falsum scribere posuit, undecim generationes, iuxta LXX. Interpretum adjecto Cainam, in Evangelio ponere maluit: & in etratione Evangelii secundum Lucam. Scio ergo beatum Lucam generationem (Cainam) de LXX. Interpretum editione sumpsisse; ubi scriptum est, quod Arphaxad centum tringinta quinque annorum generuit Cainam, & Cainam cum centum tringinta fuerat annorum generuit Sela. Sed quid horum sit verius, aut utrumque verum esse possit, Deus noverit.*

Quæ tanti viri modestia inconsiderata Antonii Contii temeritatem satis redarguit: quin hinc occasione arrepta, in Notis ad 2. caput Chronologiae Nicephori. C.P. contra Hebraicæ veritatis defensores ita debacchatur. Cum computatione LXX. Interpretum suffragetur divini Luce Evangelista genealogia à Christo ad Adamum replicata; nefas duxit tam Græca quam Latina Ecclesia Hebraicam sequi numerationem, ac non potius eam ampliè quæ ex Evangelio autoritatem accipit. East nunc novi Pseudo Christiani & Hebraisantes molestissimi, qui Judaica obstinatione & nuda literarum atque apicum autoritate freti, adversus divinam LXX. Interpretum translationem, & cum translatione conjunctam prophetiam, & Hebraicorum mendorum emendationem, quotidiane blasphemant.

Latina vero Ecclesia usum in Notis ad præcedens Nicephori capitulum, ita ille confirmaverat. *Ecclesia Occidentales Chronologiam ex vetere LXX. Interpretum editione mordicus retinuerunt: ut testantur, Beda, Isidorus, auctor Fasciculi temporum, Hugo & alii passim auctores. Sed & argumentum hujus rei evidenter proibent tabule quæ quotannis in Ecclesiis cathedralibus Francia cum cero Paschali publice proponuntur. Neque interim animadvertisit, & Bedam in Martyrologio (nam extra illud, ubi de temporum ratione ex professo agit, Hebraicam illum veritatem secutum esse constat) Isidorum & minorum illos gentium ab eonomiatis auctores, ipsasque illas ab eo productas Tabulas Ecclesiasticas, ejusmodi ex LXX. editione petitam Chronographiam retinuisse, quæ Cainanem tamen (in quo tantopere Contius se se jactat) ejusque annos profrus è medio sustulerit. Talem enim, (ab Eusebio acceptam,) numerandi annos Mundi rationem, non Martyrologia solum, Romanum, Usuardi, Rabani, Adonis & aliorum (ad diem 25. Decembri) usurparunt; Sed Latini etiam Chronologi &*

Historici,

*a Genes. 4. 8.
b 2. Sam. 13.
28. 29.*

*c Genes. 37.
23.*

*d Morin.
Exercit.
Biblic. lib. 7.
c. 1.*

Historici, Hieronymus in Chronico, Orosius, (lib. 1. cap. 1.) Idacius, Victorius in Paschali computo, Prosper, Victor Tunnunensis, Marcellinus Comes, Cassiodorus, Isidorus, Gregorius Turonensis, (lib. 1. histor. Francorum cap. 7.) author appendicis ad Aimoin historiam adiectae (lib. 4. cap. 54.) Nennius in histor. Britonum: quibus & ille addatur qui de Mirabilibus sacrae Scriptura scripsit, (lib. 2. cap. 4. in 3. tomo operum Augustini) & quotquot alii vel à diluvio ad Abrahamum, annos 942. vel ab Adamo ad Christum annos 5199. numeraverunt. Ita enim Hermannus Contraatus in Chronico suo, Dominum nostrum natum scribit, transallis initio Mundi secundum Hebraicam veritatem annis 3952. secundum LXX. Interpretes vero 5199. & 250. post eum annis, Bartholomeus Cottomius Norwicensis monachus, in Anglia historia. Ab origine mundi, inquit, usque ad annos gratiae, 5199. quicquid alii dicant; quorum redarguntur contradicatio & varietas.

Unde, quem hi qui in aliis LXX. Interpretum suppurationem sunt secuti, in annorum Cainanis adjectione illos dereliquerint; eos sat mirari non possumus, qui in aliis textus Hebraici calculum amplexati, in Cainanis solius annis sequendos sibi LXX. censuerunt. Itaque argumenta, quibus ad id faciendum sunt induciti, jam exponenda veniunt: quorum primum, & omnibus commune, est ejusmodi. Si generatio Cainanis inter Arphaxadum & Salam sit interponenda: annum illorum numerus, quibus ante genitum Salam vixit Cainan, ad Hebraicam Chronologiam necessario est adjiciendus. Sed generatio Cainanis inter Arphaxadum & Salam est interponenda. Ergo annorum illorum numerus, quibus ante genitum Salam vixit Cainan, ad Hebraicam Chronologiam necessario est adjiciendus.

Propositionem vero illam hypotheticam docti quidam negant; &, admisssā Cainanis interpretatione, numerum tamen annorum Hebraicę Chronologię idcirco necessario esse augmentum minime concedunt. Ut enim in Christi genealogia, Matthaei capite 1. 8. Ioram dicitur genuisse Oziam; quavis proximè Ochoziam ille generuit, Ozia proavum: ita & dici potuisse, ab Arphaxado genitum fuisse Salam, (Genes. XI. 12. ut ab avo nepotem; intercedente, proximo Arphaxadi filio Cainane, (Luc. III. 36.) * Quod si vere Arphaxad, ait Genebrardus, genuit Cainan, deinde Cainan Salam: genuit Cainan anno 18. & Cainan Salam anno 17. Quia ratione Sela natus est ipsi Arphaxad, cum Arphaxad ageret 55. ann sicut in textu habetur Hebraico. Ubi si quis cum doctissimo, Spanhemio nobis objiciat, non agi hic mei mōrū dūarāt, sed mīrū dūarāt, non de possibilibus, sed de gestis: meninisse illum oportebit, non opponentium partes nunc à nobis suscipi, (quibus à posse ad esse argumentari non est licitum) sed respondentium, & quidem ad conditionatam propositionem respondentium: cuius negandæ sufficiens redditur ratio, quum fieri posse ostenditur ut illud non contingat, quod

hypothesi suā admisā, dilutator necclari inde consequi affirmaverat. Atque ita negata propositionis probabili (& à Fr. Gomaro, in libelli de Genealogia Christi cap. 2. probatā) ratione reddita; Assumptionis refutationem à Petro Possino hisce verbis propositam, subjice- re permisus.

* Magnis viris assentior, Abulensi, Eugubino, Cajetano, Cornelio Jansenio Episcopo Ganda- veni, Sixto Senensi, Genebrardo, Benedicto Pererio, Cornelio à Lapide, Dionysio Petavio, alisque antiquioribus & recentioribus multis: Nullum unquam fuisse inter homines Cainanum qui Arphaxad quidem filius, Sala vero pater existiterit. Id invito argumento confidere mihi video affirmatione disertā Mosis, genitum ab Arphaxad Salam narrantis. Quod testimonium quin prout sonat, ac prout jacer accipendum sit, causa nulla idonea potest affterri. Si ergo cum idem Moses, eodem loco, genitum aut à Semo Arphaxadum, aut à Sala Heberem, (divinā quā valuit autoritate) revelasse nobis creditur, proprie & iusnos Heberem Sala fuisse patrem. Semo Arphaxadum Filium; adeo ut qui proferre auderet alios quosdam quorum generatio media inter istos fuerit, convitio repellendus videbetur, tanquam temerarius & luminis rebellis, divina (inguam) revelationis, per Moysen sancti Spiritus interpretē, nobis oblate contemptor contumax: non video quis supereesse locus possit isti de infinito Cainano sententia.

Adjiciantur his & Benedicti Pererii illa. ^d Sic cum animo meo reputare soleo. Aut hac generatio Cainan cognita fuit Mosis, aut nota. Ignoramus fuisse Mosis, que perspecta fuerit & cognita LXX. Interpretibus, quis audeat dicere? cum Moses tanto propior quam illi, fuerit illi etati soluque illorum temporum Historiam tanta cum diligentia & cura confispi. Sin autem ea generatio nota fuit Mosis; cur igitur eam prætermisit? præfertim autem cum ejus generationis vel adiectionis vel detractionis non parum variet Chronologiam qua inter diluvium & Abraham à Mose describitur: quam quidem Chronologiam voluisse Mosen integrè, exactè ac perfectè tradere, illud est clarissimum indicium, quod seriem generationum qua fuerunt inter diluvium & Abraham distinxit & accurauit percenset. & suos cuique generationi annos subtiliter computatos propriè assignet. Qui fitigatur credibile Mosen: generatio Cainan prætermisit, vitiòsam nobis Chronologiam aut voluisse tradere, aut, (cum minimè vellet,) inscienter tamen tradidisse? Evidenter multumque cogitans, nullam rationem (qui mibis animum explorat) reperire potui, cur Moses generationem Cainan, siquidem ea inter Arphaxad & Sale intercessit, præterire debuerit aut potuerit. Nam quod aiunt quidam, voluisse Mosen generationes qua fuerunt ante & post diluvium ad ducentum decades redigere: id nec probari ab ipsis potest, & leve ac futile est, nec tale ut properit id debuerit Mosen Chronologiam (cuius exacta cognitione magni erae momenti) perirenbare atque confundere. His adde, quod saltem in libris Paralipomenon, in quibus supplementur quae alibi in sacris litteris derelicta fuerant, (unde

e Poffin. Dia- lectic. Theo- genealogie. cap. 4.

^a Perer. in Gen. lib. 16. feb. 174.

175.

I. Vfferii Chronolog. sacra.

nomen etiam illihabent) commemorata fuisse; generatio hac Cainan, si quidem in exordio prioris libri Paralipomenon, series generationum qua fuerunt ante & post diluvium, similiter atque hic recensentur; nec ullum tamen verbum sit de generatione Cainan.

Huc accedit, quod Cainanem istum nec Onkeliosius Paraphrastes Chaldeus agnoscat, nec Flavius Josephus in libro Originum cap. 7. neque Berodus Chaldeus, in sequente capite ab eodem citatus, *μετά τητανοκούν διεγένεται, post diluvium undecima generatione, Abrahamum fuisse significans*; uti & cum eo Eupolemus *επειδή τοῦ πατέρου οὐκ είστη*, ab Alexandro Polyhistori (apud Eusebium libro 9. Preparationis Evangelicæ) productus. Quem denarium, (secluso Cainane,) generationum numerum, Berodus & Eupolemum ab Hebreis, qui à clade decem tribuum toto terrarum orbe sparso fuerunt, *baud dubie didicisse*, Salianus affirmat. Quibus tamen omnibus primò authoritas LXX. Interpretum, deinde Lucæ Evangelista, ab ipso Salianno & aliis hic opponitur.

In vulgata enim editione Græcâ, quæ LXX. Interpretū nomen præfert, locus ille XI. capituli Geneseos ita legitur. *Καὶ ἔλευθερος Ἀρφαχᾶδ, οὗτος τεκαντίτης ἐτόν, καὶ ἐγένετο τὸν Καϊνά.* *Καὶ ἔλευθερος Ἀρφαχᾶδ, μετὰ γένετον ἀπὸ τοῦ Καϊνᾶ, ἐτητεκαντίτης, καὶ ἐγένετο ὁτιοῦ ἡ Σαλαὶς, καὶ ἐγένετο τὸν Σαρὰ.* *Καὶ ἔλευθερος Καϊνᾶς ἐστὸν καὶ τεκαντίτης ἐτόν, καὶ ἐγένετο τὸν Σαρὰ.* *Καὶ ἔλευθερος Καϊνᾶς, μετὰ τὴν γένετον αὐτοῦ τοῦ Σαρά, ἐτητεκαντίτης καὶ τεκαντίτης, καὶ ἐγένετο τοῖς ἡ Σαλαὶς, καὶ ἐγένετο. Et vixit Arphaxad 130. annos, & genuit Cainan. Et vixit Arphaxad postquam genuit Cainan, annos 400. & genuit filios & filias, & mortuus est. Et vixit Cainan 130. annos, & genuit Sala. Et vixit Cainan, postquam genuit Sala, annos 330. & genuit filios & filias, & mortuus est. licet in annis Arphaxadi postgenitum Cainanem, pro 400. quos ex Græcâ editione Romana possumus, Latina Flaminii Nobilii versio habeat 300. Aldina & Germanicae editiones cum omnium antiquissimo exemplari Cottoniano, Syro meo Chronographo & Fallis Syculis 330. Georgius Syncellus 355. Arabicus meus Geneseos interpres 363. Cöplutensis cum Alexandino quem in Anglia habemus codice 430. Tanta Græcæ lectionis hic est inconstantia. Sed & in annis qui Cainani tribununtur post natum Salam, licet in nonnullis exemplaribus 330, legi notet Georgius Syncellus, ipsa tamen ea sequitur quæ 40. legunt: quod & à Syro meo Chronographo (cui Georgio quoque nomen fuit) est factum, nam Arabicus meus Geneseos interpres hic etiam (ut in Arphaxado & Sala) 363. habet.*

Ad argumentum hinc deductum jam respondentem est: quod est hujusmodi. Si in LXX. Interpretum editione Cainan inter Arphaxadum & Salam reperiatur interpositus; repudiari ille omnino non debet. Sed verum est antecedens. Ergo & consequens.

Propositionem istam connexam nos simpliciter negamus. Frustrâ enim Salianus nobis hic occinit, & potuisse illos Septuaginta viros,

qui non meros agebant interpretes, sed propheta, quique Spiritum illam Scripturarum anthorem inhabitantem habebant ut plerique sanctorum Patrum scripto prodiderent, non solum ea in Gracum sermonem convertere que in Mose reperissent, sed suplere etiam que ab illo iusta quidem, parum tamen nobis explorati ratione suissent pretermissa: nec magis dubitandum esse eos Cainan in vertendo Mose supplere potuisse, quam Spiritum ipsum sanctum, qui per eum ora loquebatur. Qui si attentus considerasset, divinâ Græcâ illius editionis autoritate leni admisssâ, vulgatam editionem Latinam, à Concilio Tridentino authenticam declaratam, tam esse corruptam cogi suos fateri: cum loco suo Bellarmino pronunciatus potius fuisse, Patres illos qui scripserunt LXX. Seniores dicentes Spiritu sancto fecisse quod fecerant, pie quasi se ratiōnes excusandi & defendendi eam Versionem, quæ tunc Ecclesia utebat, & cum Martino Martini Hispano Theologo, Hieronymus in Prophetis crebro illorum LXX negligenter carpit interdum affirmans literarum similitudine fuisse deceptos, interdum non sat intellexisse quod transferebant. Denique nulli bi non admittit iis Spiritum sanctum; nec immerito profecto. Quare, si me judicet translata Gracum nostra (vulgata Latina) de primatu contendetur; non dubiarem primis nostris translationi deferre, & fateri longo intervalllo illam à nostro fuisse superatam. Nec adduci possum ut credam ullum tam stupidum, dummodo illas inter se & cum Hebraico contulerit, qui de hac re dubitare possit & nobis refragari.

Atque in his etiam instituti Cainanis patronis verum esse illud deprehenditur, quod à Beda olim est observatum: *hos qui LXX. magnis divinisque laudibus ad celos tollunt, breviorem tamen annorum Mundi somnam in textu Hebraico & editione vulgata Latina tradidit sequi non dubitare, quod & à Dionyso Petavio sic illis videmus esse objectum. Illi ipsi, scibi commodum est, Septuaginta suis facesse & jubent, aut eorum codices depravatos esse defendant. In duplice genealogiarum ordine, quem ab Adam ad diluvium, & à diluvio ad Abrahamum Moyses perduxit, scimus quā diversi sint Gracorum calculi ab Hebraicis & nostris. Neque vero recens est discrimen istud, sed ab antiquissimis notatissimis Scriptoribus ut proinde mendi non nisi levius possit esse suspicio. Hic illi qui Gracos interpretantur faciunt & Prophetas appellant, ab eorum rationibus discendunt nibilominus, easque falsa & coniunctas esse non dubitant. Quare cur non idem & in Cainani nomine usurpare nobis licet, & Gracis illis codicibus Hebraorum, ac vulgata nostra editionis autoritatem præstere? Ita Petavius, libro 9. de doctrinâ Temporum, capite 17.*

Quin & in Cainanis ipsius Temporibus confignandis, LXX. suos deferere isti deprehenduntur. Cum enim Marianus Scotus, qui omnium primus, Hebraorum in ceteris retento calculo, Cainani in Mundi Chronologia contendenda locum dedit, editionem Græcam

simplicer

f Georg. Syncell. Chron. pag. 115.

g. Salian. ut supra.

simpliciter fecutus Arphaxado ante genitum Cainanem 135. Cainani ante genitum Salam 130. annos tribusser: 200. toto eo ex numero annos subducendos novi nostri censuerunt temporum arbitri Bellatrinus, Gordonus, Toriniellus, Salianus, Samerius, Harvillaeus, Henr. Philippi, & alii, cum Pererio scilicet statuentes, ¹ additionem illam centum annorum ad annos quos habent Hebrew & Latini codices mendacem esse, nec in LXX. Interpretibus profectam, sed vito se in translationem eorum aliunde infusam. At qui centum annorum illa additio in omnibus constanter non est observata: ut in Jaredo, Mathusala, Lamech, & Nachore vide licet. (Complutensis enim, & eam hic secuta Romana editio, quo Nachot ante genitum Tharam 179. annos pro 79. adscribit, plane vitiosa est.) Deinde & minoris numeri in annis Cainanis inconstans reperitur lectio. Jornandes enim in libro de regnorum successionebus, & Georgius Syrus in Chronologicis suis tabulis Cainani ante natum Salam annos 135. tribuunt. Et licet vulgatum 130. annorum numerum Georgius Syncellus præferat; in aliis tamen codicibus 139. sive lectione simili agnoscit; ita haec de reribus. ^m H dicitur in Tertio capitulo Mavrii Historiarum. ⁿ Ita autem esset nisi auctor Kapur 2500 annos. ^o Salam est ratio intercalacionis annorum inter reges, ut etiam ipsa intercalacionem. ^p Et nos ipsi optime aucto Kapur. Primus autem Genesios a Mose conscriptus liber, in accurratioibus, Cainanem etiam anno 130. Salam genuisse referit, quemadmodum & nos supputavimus. In quibusdam enim, anno 139. Cainanis natus ille fuisse fertur. Quam posteriorem lectionem authores Constantinopolitanum Computi, à Graecis & Moscovitis hodie recepti, qui ad annum Mundii 5509. Christi natalem retulerunt, secutos sive confirmatis Scaliger. Ut nullo certo argumento constare nobis possit, utrum ad Chronologiam Mundi constituantur assumendum hic a nobis fuerit annorum 30. 35. aut 39. vel etiam 130. 135. aut 139. numerus. Cum enim centeniorum annorum illa additio non in nostris solum, sed in antiquissimorum etiam Christianorum Patrum codicibus, iisq; etiam qui ante Christi tempora sunt exarati, ut ex Demetrii Chronologia postea ostendetur locum obtinuerit: cur eam magis, quam hanc de Cainane totam laciniam, vitiosa in translationem ^q etiam LXX. aliunde infusam, sive dicamus, nullam possumus ratione reddere idoneam.

At negat Salianus *siue quicquam aliquando mortalium tam effuse temerarium, aut audacia tam prejecte, qui non unam aliquam commutare vocem in sacrosanctis codicibus, sed integrum hoc loco periodum inferire atque incircere ausu fuerit.* Multumque hic ille rhetoricitur: pluribus ea urgens, quia à socio ipsius? Henrico hisce interrogacioniis sunt comprehensa. Quia vel LXX. *Interpretum, vel aliorum audiata tanDEM esse potuit, quia non modo nomen Cainan, sed & annos, quos ante, quos post genitum filium vivissem memoraverit, in Sacrum texum intruderet; si Cainam numquid exiret?* Quae malitia, qua pectus visceris in LXX. *Centurio*

orum amanuenses potuit ad hoc mendacium impellere , tam disertis verbis toties nomine repetito , tam accuratis annorum numerus concinandum ? Sed quid verba audiam , cum facta videam : & tot aliarum periodorum & capitulorum aliquando pluribus periodis constantium , tum additiones tum detractiones in Græcâ istâ editione alibi occurrant , quarum causa nulla reddi potest , preter merum ipsius scriptoris arbitrium . Cum prætermisso-
runt tantum esse numerum confirmet , Hieronymus ut si ea vellet cuncta digerere , non libro , sed libris opus futurum dicat , atque additamenta , vel in uno Estheræ volumine , tanta & talia ab Origene (in epistola ad Julium Africatum) sunt notata ; ut propter ea , liber hic quamvis Hebraicus & Hebreis recipius , sero admodum apud Christianos Canonicas autoritatem re-cepitur .

Ad Assumptionem jam veniendum est; & videndum, an in germanâ LXX. Interpretum editione Cainan inter Arphaxadum & Salam fuerit interpositus. Ubi primitiva primum Mosaicæ Pentateuchi versio, quæ Hebraico textu exactissime repondebat, ut in nostro de LXX. Interpretum editione Syntagmate est ostensum) & consequenter Cainanem istum institutum (neque ab Hebreis, neque ab eorum sequace Beroso Chaldeo, illis temporibus agnatum) habere non poterat, à libetiore illa rotu Veteris instrumenti interpretatione est discernenda, quæ post 4. Ptolemæi annum (ut ex fine libri Estheræ liquet) concinnata, procedente tempore LXX. Seniorum locum & nomen obtinuit. Deposteriore deinde illâ ex Hieronymo est sciendum: aliam esse editionem, quam Origenes, & Cesariensis Eusebius, omnesque Graci tractatores Corinthi, id est, Communem appellant aique Vulgaram, & plerisque Auxiliis (vel Auxiliis) dicerebatur; aliam LXX. interpretum, quia in εχαρτοῖς codicibus reperiabantur; & quidem Corinthi istam hoc est, Communem editionem, ipsam esse quo, & LXX. sed hoc interesse inter utramque: quod Corinthi pro locis & temporibus, & pro voluntate scriptorum veterum corrupta editio est; ea autem que babebatur in εχαρτοῖς, ipsam esse quo in erudiotorum libris incorrupta & immaculata LXX. Interpretum translatio reservari credebatur. In communis illâ tum vetere, quæ ante Originis tempora erat in usu, tum novâ à Luciano martyre interpolata, Cainanem interjectum fuisse agnoscamus; eo quo supra ex vulgatis libris propulsimus modo. In altera vero, quæ incorrupta & immaculata LXX. editio à doctis censebatur, quanquam in Alexandrinâ Cleopatrae bibliotheca depositam, & in Aegypto, Palæstina & Syria tum receptam, Hexaplis suis Origenes inferendam curavit, Cainanem locum habuisse negamus; atque ita textum Mosaiicum tene-

sentatum fuisse defendimus.
Καὶ ἐξεῖν Αρραχάδ εἰκατοντάπετε ἐπι,
φύσις τὸ Σαλᾶ. Καὶ ἐξεῖν Αρραχάδ τὸν κόπον
αὐτῷ τὸ Σαλᾶ ἐπι τρία ὕπεράκιον (al. τεκμήριον)
ἔγνωσεν ψυχὴν, καὶ αὐτοῦ.
Et vixit Arphaxad 135. annos & gennit Sala. Et vixit

q Hieron.lib.
3. comment
in Ierem.
cap. 17.

7 Sixt Senen
Bibl. Sanct
lib. 1. folio 2

f Hier. epist.
135. ad San.
&c Fretel.

d iiij Arphaxad,

Arphaxad, postquam genuit Sala, annos 403. (al. 303.) & genuit filios & filias, & mortuus est.

In Communi editione ⁷ LXX. Origenes Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans que minus fuerant, & virgulis que ex superfluo videbantur opposita: ut in epistola 107. ad Chromatium habet Hieronymus: ubi & codices istos ab Origene elaboratos, Palestinis suis Eusebium & sodalem ejus Pamphilum tradidisse significat. Hic vero Origenes ea que ad Cainan spectant uti invenit, ita & reliquit; sed virgula five obelisco praenotata: quod ex illis Procopii Gazaei in Genes. cap. 11. intelligimus. *Hebraica veritas habet, Selam genitum esse ab Arphaxad. Quod deinde in medio ponuntur obelisco signata visuntur.* Ipse vero Eusebius, in priore Chronicorum libro annos Patrum ex triplex textu, Hebreo, Graeco & Samaritano, recensens, in nullo eorum Cainanem posuit; sed in eo etiam qui est ⁸ τοῦ ἡρακλείου (juxta LXX. Interpretationem) Arphaxadum, annos 135. natum, genuisse Salam commemorat. Quod magnopere se mirari Georgius Syncellus dicit:

⁹ Georg. Syncell. pag. 86. & 23. 18. 19.

lectos per omnes Christi Ecclesias sacros Genesios libros Cainanem habere affirmans; & ob illum prætermissem, tum Eusebium, tum alium quendam atate sua verutiorem erroris coarguens. Ignorabat enim ille quod Eusebio probe erat cognitum, discriben inter Communem & sinceriorem illam ¹⁰ LXX. editionem, que in Hexaplis fuerat ex quibus in Cesariensi Bibliotheca à Pamphilo suo depositis, illam annorum Mundi seriem feligendam putavat quam germanam LXX. interpretatum sententiae magis congruentem esse judicavit.

Neque alicuius est momenti quod ab Henrico Philippo ¹¹ opponitur. Eusebium quidem aliquando dissimilare Cainan: sed quem eum alibi exprimat, negasse non esse censendum. Fecellit enim hic eum socius ipsius Jacobus Sallianus: qui in tertii Annalis Proemio, hoc ex Latina Eusebii Chronicorum versione, in præfatione cuius est initium, *Incipiunt tempora*, confirmat; atque locis aliquot pro Cainane facientibus ex puto illo excerptorum Barbarolatinorum libello, à Scaligero edito, descriptis, ex illis videre nos posse concludit, *pro quâ sententia Eusebius stare censendus est*; quasi qui aliquid omnino videt. Excerpta illa non ex Eusebii solo, sed ex aliis etiam ab Eusebii Chronographia summe dissentientibus, desumpta fuisse ignorare potuerit: & alteram illam præfationem (ut eam Saliano appellare libuit) aut alias auctoris esse, aut pauca Eusebianae intermixta habere, ipse Scaliger non monuerit; & illud ad præsentem causam attinere satis non evicerit, quod in ea ab anno diluvii usque ad nativitatem Abrabe anni 1072. numerentur; quem Eusebius, tam juxta Septuaginta interpretationem (¹² τοῦ ἡρακλείου) quam juxta texum Samaritanum, à diluvio usque ad primum annum Abrabe annos 942. soppitaverit. Cumque in omnibus suis epilogismis hunc numerandi modum Eusebius constanter retineat, & per eum Cainanis annos à sua Chronologia pe-

nitus excludat, atque ob hoc ipsum non à Georgio Syncello, sed etiam ab illo longe antiquioribus Chronographis Alexandrinis, Aniano & Panodoro, reprehensem cum fuisse constet: temeritatis certe notam illi effuge non possunt, qui vel Eusebium Cainanem agnoscere affirmaverint, vel ab editione ¹³ LXX. quam ille sequendam proposuerat Cainanis generationem abfuisse negaverint.

Sed & ante Eusebium Origenis equalis Julius Africanus, cui ad Bibliothecam Alexandrinam (in qua authenticum erat editionis illius, que tum germanam LXX. Seniorum interpretationem continere credebat, exemplar y continuo patebat accessus, prætermisso Cainane, & Arphaxadum annos 135. natum genuisse Salam, & ab Adamo usque ad mortem Phalec annos 3000. fluxisse memorat. A Mundi enim initio annos 2262. usque ad nativitatem Arphaxad (neglecto, ut alibi est dictum, bienio post diluvium) ille numerat. Quibus additi anni 130. Salam ante natum Eberum, & Eberi 134. ante natum Phalegum, cum integra vita Phalegi annis 339. (tot enim in Gracis codicibus illi tributos inventimus) summo annos 3000. confidunt. ¹⁴ καὶ οἱ Ἐπιστόλοι τοῦ Ἰωάννου διαγνῶσθεντες τοῦ διηγέζουσαντο. τετράτη γὰρ ἡ ἡμέρα ἦν τὸ τέλος τῆς ἡμέρας ἣν ἤγειρεν ὁ Ιησοῦς ἐν ἡμέρᾳ. Et qui mundi durationis annorum numerus esse exquisimatur, hinc in duas partes aequales est divisus. Ex quo enim ille est matus, anni mundi conditi ter mille lapsi sunt: ut apud Eustathium patriarcham Antiochenum legitur: πόσα προκλυδίῳ πρὸ τούτων ναυτιλίᾳ πρὸ μορίᾳ, librarii vitio, substituta: sicut sequentia illa clare ostendunt. Τίταν τε ἦν οὐδὲν τὸ τέλος θαρρεῖται τερρήσθεντος. Ab Adam itaque usque ad mortem Phalec anni ter mille numerantur. Quæ etiam annorum Mundi medietas ab Hesychio in Christi natalem (apud Anastas. Nicæn: in Scriptur. question. 93.) Suidā in Πατέρων, Johanne Malæ Antiocheno & Georgio Cedreno in Chronicis suis est constituta: loco Genes. X. 11. & I. Chronic. I. 19. ita accepto ac si diebus Phalegi in duas aequales partes dividenda fuissent Mundi tempora. Eiusmodi enim divisionem Hebraico nomine Phaleg significaram putabant: (sicut Danielis VII. 25. in originali Chaldaicō ¹⁵ τὸ διδιμὸν τοῦ περιορθοῦ, & IX. 27. in Syria interpretatione נִצְחָה תְּמִימָה διδιμաתָם vel medium Septimanam denotat: & 6000 annis integrum presentis seculi spatium definiebant: quæ recepta fuerat apud Hebreos, Graecos & Latinos opinio; ut in Barnabæ tributa epistola, dicto illo domos Eliæ apud Talmudicos celebri, Cabalistico auctore libri ¹⁶ in primum Genesios versiculum, Laquantio lib. 7. cap. 14. Tichonio in Regulâ 5. & aliis videat licet.

Sed & Julio Africano auctor antiquior Theophilus Antiochenus, in libro 4. ad Autoly. cum temporum epilogismum juxta LXX instituens, omisso Cainane Arphaxadum Salam patrem facit. Imo & ipsorum Apostolorum temporibus Dositheus, in texta (quem inter-

¹¹ Beleg. Anmadversio-
Eusebian.
pag. 10. a.

¹² Georg. Syncell. Chr. pag. 86. 87. & 88.

polatum

Georg. Syncell. Chron. pg. 88.

H. Grot. an-

notat. in Le-

vi. 17. 4.

4. I. Luc. 2. 48.

polatum Samaritanis suis dedit) Hebraico , Patrum post diluvium annis ante ~~annos~~ ex LXX. editione desumptis , Cainanem cum suis profrus prætermisit : b numeratis hoc modo à diluvio usque primum Abrahami (vel 70. Tha- ræ potius) annis 942. ὅτινας ἦν καὶ τότε οὐ ποτὲ καὶ ξυστά LXX. ut ex Eusebio refert Georgius Syncellus. Qui numerorum in Eusebianis & nostris Samaritanis exemplaribus consensus imprimis observandus : ne quis Grotianum illud commentum in errorem inducat ; e quod Samaritani quos nunc habemus codices facti fuerint ad Graecam exemplaria , ex quo Samaritani ab Iustiniano coacti sunt suscipere Christianum.

Addi his poterant , præter Eusebii sequaces , etiam Iosephus in Hypomnestico suo adhuc in edito , & Quintus Julius Hilarion in libello de Mundi duratione , anno ætate Christianæ 397. conscripto : qui annorum calculo juxta LXX. instituto , Cainanis tempora præterierunt . Ab argumento enim à LXX. ad gravius illud alterum , à Lucæ evangelista autoritate deductum , libert jam accedere ; quod ita sese habet . Si B. Lucas Spiritus sancti amanuensis , in Christi genealogia Cainanem inter Salam & Arphaxadum interponendum esse censuit ; ea de re dubitandi nullus amplius relinquitur locus . At verū est prius : ut ex Luc. III. 35. 36. liquet . Ergo & posterius . Ubi ad hypotheticā illam propositiōnē distingendo primum respondetur : si quidem ex propria sententia , hic locutus Evangelista fuerit , veram eam esse ; si ex aliorum , non item . Non magis certe , quam Melchisedecum re ipsa sine patre , sine matre , sine genealogia , neque initium dierum neque finem vita habuisse , oportere credi ; quia ex vulgo recepta sententia id Apostolus pronunciaverit . (Heb. VII. 3.) Consuetudinis enim Scripturarum est , ut opinionem multorum sic narret historicas , quomodo illo tempore ab omnibus credebatur . Sicut Ioseph ab ipsa quoque à Maria appellabatur pater Iesu ; ita & Herodes dicitur contristatus , quia hoc discubentes putabant : inquit Hieronymus Commentar. in Matthei cap. IV. 9. & in Ieremij cap. XXVIII. 10. Septuaginta prophetam non dixerat Aniam : ne scilicet Prophetam viderentur dicere , qui propheta non erat . Quasi non multa in Scripturis sanctis dicantur juxta opinionem illius temporis quo gesta referuntur , & non iuxta quod rei veritas continebat . Atque in libro secundo adversus Helvidium : Evangeliste opinionem vulgi exprimentes , quæ vera historia lex est , patrem dixerant Ioseph Salvatoris .

Ita igitur Evangelista Lucas , patres Salvatoris omnes , tam vulgo ita habitos quam veteros , recensendos sibi proponens ; genealogiam ipsius ita exorsus , ὃν αἱ ἐπιγραφές τὸν Ιωσὴν , τὸν Μαθαῖον , existens (ut putabatur ,) filium Ioseph , filium Elii , (patris Mariæ Deiparae) filius Matthæi , (nominativo illo quod in sequentibus omnibus ἀντὶ νονὶ repetito :) in progressu quoque ejusdem inter Christi patres & Cainanem nominare poterat ; non quod talis recta ipse esset , sed quod à Judæis Hellenistis & Christianis non alia quam Graeca testimoni-

ti veteris interpretatione usus , (quorum maximus erat numerus (inter Abrahami majores numerantur . Etsi enim in ea editione , quæ Alexandria in Cleopatinâ Bibliotheca reposita pro genuina LXX. Seniorum postea est habita , Cainanis istius nullam extitisse mentionem ostensum fuerit : in Korin. tamen sive vulgata quæ in communiori usu fuerat , Cainanem locum etiam ante Christi temporā obtinuisse , Deme trii in libro de his qui in Iudea regnaverunt Chronologia , apud Eusebium (in Evangelicæ Præparationis libro 9.) ab Alexandro Poly histore proposita , demonstrat . Ea enim , usque ad Jacobi & filiorum defensionem in Ægyptum , ab Adamo annos 3624. à diluvio 1360. (vel posteriorius 1362.) ab Abrahami ex Charane in Chananiam adventu 215. dinumerans 130. annum Cainanis interpositionem necessario requirit . Quod si à Grotio fuisse animadversum , in eam opinionem nunquam concessisset ; in Luc III. 36. primum Cainanis nomen errore quodam fuisse repositum : deinde cum late spargi ea lectio per Luca exemplaria capisset , Greco Christianos etiam in versione Genesios secundum Septuaginta , inter Arphaxadum & Salam interposuisse nomen Cainanis , annis etiam additis , quo magis Luca , quem sic scripsisse arbitrabantur , sua auctoritas constaret .

Longe igitur probabilior (ut ad Assumptionis examen jam veniamus) altera est sententia , Cainanis nomen ex Korin. sive vulgata Genesios editione , ut in primum , libri prioris Paralipomenon capitulum , (ubi neque in Greco codice Vaticano , neque in Bibliorum Jayanorum versione Arabica , neque in Ruthenicâ sive Illyrica translatione vetere , adhuc insertum illud reperitur) ita in Christi apud Lucam genealogiam fuisse transfusum . De eo , in 2. Chronicorum suorum libro , Christianus Massenus . In primis dubium videri potest , utrum beatus Lucas ita scriperit . Quis enim audeat asseverare , quod probari non potest ? Quis autem non videat potuisse contingere , ut non ab ipso , sed ab aliis . Graeci post mortem eius insertum sit , si viderint Evangelium à suis Bibliis discrepare , quod fieri non debuisse constabat :) in eo maxime loco ubi generationum series scribebatur ; ubi faciliter putari potuisse , non voluntatem , sed inadvertentiam affuisse Scriptoris ? Et , in Commentariis ad 11. cap. Genesios , Benedictus Peterius .

Ex his restat concluditur generationem Cainan non fuisse in omnibus libris Septuaginta interpretum . Vnde probabiliter etiam conjicetur eam non fuisse traditam à Septuaginta interpretibus : atque eos libros qui ea generatione carebant , ut qui cum Hebreis codicibus congruerent , veros & integrum esse judicando ; eos autem qui generationem Cainan habebant , ut corruptos atque mendicos esse adjudicando , ac rejiciendo . Facile autem fuit , aliquem nactum libros septuaginta Interpretum in quibus erat generatio Cainan , inde eam translatisse in Evangelium Lucæ : quod à principio non animadversum non solum inhabuisse in eo uno libro , sed in eos postea qui usque ad hanc diem exscripti sunt esse derivatum . At enim vero , si quod de veritate

*e Perer. in
Gen. lib. 16.
lect. 178.
179.*

librorum

liberorum Septuaginta interpretum circa generationem Cainan satis bene probatum est, idem quoque de libro Evangelico B. Luce probaretur; eisdem sententiam hanc toto assensu completerer. Verum neque hac etate ullus est liber B. Luce qui in genealogia Salvatoris non habet generationem Cainam; nec legi fuisse unquam aliquem, qui diceret, vel a se, vel ab aliis rsum esse codicem illum B. Luce qui taligeneratione careret. Ita ille.

Atqui liberum B. Luce Grecolatinum, in antiquissimis membranis, litteris majusculis, sine spiritibus & accentibus, descriptum ipsi vidi-
mus: ubi in Greco, τον Φαλεα, τον Εβρ, τον Σαλα, τον Αρπαχαδ, τον Σαμ, in Latino: Qui fuit Phalec, qui fuit Eber, qui fuit Sala, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, exerte legebatur; Cainanis hujus mentione proorsus pretermissa. Codex, quatuor Evangeliorum & Actorum Apostolorum historias complexus, ex Gracia olim in Galliam perducetus, in monasterio S. Irenaei in suburbio Lugdunensi est repositus; ibique Oriente civili bello anno 1562. repertus, a Theodoro Beza anno demum 1581. publice Cantabrigiensis academiz Bibliotheca est do-
natus. Neque hujus generis Greecus ullus MS. est aliis, vel à Beza commemoratus, vel in Angliam è Greiciā nuper misitus: quicquid in notationibus suis ad hunc Luce locum dicat Hugo Grotius.

^e Salian. Praef. in Annal. tom. 3.

^f Gomar. de general. Chri-
sti cap. 2.

^g Origen. in Matth. tract. 8.

Quærit hic igitur Salianus; quæ sit vis in manu scripto uno, sive Gallico, sive Anglicano, in quo Cainan in Evangelio Luce omisssus fuerit: ut omnibus omnium Bibliothecarum id genus libris opponi possit? Negatque omnino Gomarus, unum illum codicem tantæ videri esse vel antiquitatis, ut reliquis omnibus priscis pa-
tribus sit conferendus, nudum preferendum; vel sinceritatis: ut fidem p̄ ceteris mereatur. Quasi aliam huius codici vim à causa hujus pa-
tronis adscribi fuisset necesse, quam quanta ad objectum universalem exemplarium Luce in Cainane retinendo consensum refellendum sufficeret; quæ cui lectio eliset preferenda, non ex hujus codicis vel antiquitate vel sinceritate, sed ex Mosis & Ezre authoritate, estimandum relinquentibus.

In profundioris autem antiquitatis exemplaribus varietates occurre plurimas, quæ in posteriorum temporum Manuscriptis nullibi apparent, vel hic ipse de quo agimus codex fidei facit: qui unus in Evangelii plures à vulgatis libris discrepantes lectiones nobis exhibet, quam aliarum fortasse Bibliothecarum exemplaria conjuncta simul omnia. De cuiusmodi in libris Novi Testamenti suo tempore reperta varietate, ita & Origenes nos monuit. & Multam differentiam inter exemplaria inventimus, sive per negligentiam scribentium, sive ex temere quorundam, sive propter eos qui negligunt emendare scripturas; vel propter eos qui quod ipsis videtur in emendationibus vel ab-
sident, vel subducunt.

Itaque quemadmodum in Rom. I. 17. recte nos hodie legimus, *Iustus ex fide vivet*; ubi libri qui Hieronymi tempore extabant (quem-

admodum libro 1. Commentariorum ipsius in Habakuk cap. 2. liquet) primæ personæ pronome ex LXX. addito, *Iustus ex fide mea vi-
vet*, legerunt: ita vice versa, ubi hodie apud Lucam ex κατη, sive vulgata Græca editione Cainanem videmus repositum; in illa que Origenis tempore ferebatur codicum varietatē cumdem pari consensu non fuisse adjectum, non ex nostro hoc venerandæ antiquitatē exemplari argumentum capere possumus, tunc ex ipsius Origenis verbis illis, tractatu 20. II. Johannem. Λέγεται εἰς τὸ γένος τοῦ πο-
νητικού. Μηδέ τὸ οὐται ἀντὶ Αἴσαμι ὡν Νῶν, οὐ διε-
άπι Νῶν ἐστὶ Αἴσαμι. Abraham à primo homine
vice simus natus est. Decem enim generationes
ab Adamo sunt ad Noe, & decem ad Nō ad
Abraham. Ut Noë enim, seniore Cainane connumerato, ab Adamo decimus; ita Abra-
hamus ab eodem, nisi secluso Cainane juniorie,
numerari nullo modo poterit vice simus; Qui
bus addendum quoque quod Josephus, vetus
scriptor Christianus, in Greco suo Hypomne-
stico, recensens generationes ab Adamo ad Christum, post Arphaxad ponit Sala; institu-
ito Cainane proorsus omisso.

Sed & ex Romanenium castris Johannes Cordelius, in Gallico de genealogia Christi li-
bello, Cainanis nomen in primitivis Luce co-
dicibus non extitisse confirmat. Hic enim est
anonymus ille cuius contra Cainanem argu-
menta recensuit in ^h Dubiis suis Evangelicis no-
ster Sphanhemius: & homo non leviter eruditus, cuius rationibus hæc in parte respondere
conatus est, in tertii sui Annalis præfatione Jacobus Salianus. Cui & comites adjicere li-
ceat, ex-eadem è quâ Salianus fuit Societas
Jesu, Theologos tres: quorum prius (ab
ipso Cordeis producetus) Cornelius à Lapide, in Commentariis suis ad Genesios, cap. XI.
12. docet Cainan in Lucam irreputare errore lib-
rariorum, vel scoli atque ius, qui Hebreo
nesciens cum in versione LXX. que olim vulga-
ta fuit, in Genesi inveniret additum Cainan
eundem ex LXX. in Lucam transfluit, illucque
ei inserendum putavit. Alter Dionysius, in lib-
ro 9. de doctrinâ Temporum cap. 17 non de-
bere mirum aut incredibile videri si Cainanis
nomen ex LXX. corruptis libris in Evangelium
Luce redundasse suspicemus. Tertius denique
Petrus Pollinus, in Dialactico genealogia
Christi cap. 9. confidenter concludit: ex cor-
rupta jam edizione LXX. longo demum inter-
vallo libris Luce inditum à scoliis exscriptoriis
fuisse nomen Cainanis. Nam quis necit, inquit
ille, *Testamentum Novum* librorum omnium fre-
quentissime fuisse descriptum? Quod ergo affuti
editioni LXX. jam mendose semidoli Græci
descriptionem Evangeliorum accederent refi-
tuere, ut ipsis quidem videbatur omisum apud
Lucam nomen non dubitaverunt: quæ hallucina-
tio emendationis eruditæ autoritatem ha-
buit; ut in omnes brevi codices vulgarem, si
tamen in omnes. Et de testimonio, pro reten-
nendo Cainane, à LXX. Interpretum & Lu-
cae Euangelista authoritate deductis, ista dicta
sufficiant.

Aliud

Harvil. Ia-
gg. Chron.
page. 37.

V. Epiph.
Hexameron.
pg. 34.

Georg Syn-
cell. Chron.
pg. 46.

Aliud enim illud argumentum ab Harvillo, (à Nationibus ortis ab ipso Cainan) peticum pondus in se habet omnino peregrinum. Eusebius (inquit ille, lib. 1.) Chron. & Epiphanius in Ancorato, & Chronicou Alexandrinum dicunt ab ipso Cainan ortos fuisse Gassphenos. At vero Epiphanius Cainanos (necio quos) hic nominat. Chronic. Alexandrinum (vel Constantinopolitanum potius) Sarmatas, & Eustathius Antiochenus Sogdianos; de Cainane hoc præterea addito. Anno retra 300 auctorita & ceteri qui inveniuntur. Ab isto astronomia & auguria exigitata sunt. Ortos autem ab eo fuisse Gassphenos, non Eusebius (quem Cainanem illum omnino non agnoscisse ostendimus) sed Georgius Syncellus memorat: eadem qua & alterum illud narrat fide. Tē βοτει εἰτε τριηδιά διστάνεις εἰ τῷ μετεώρῳ πάντα γενέσθαι, καὶ ἐπολεῖται οὐτοῦ. Mundi anno 258. Cainan deambulans in agro, scriptum Gigantem reportit, & penes se recondidit. Eutychius filius Patricii Alexandrinus Patriarcha, in Arabicō suo Chronicō, anno Phaleki, 36, mense Ab Cainanem mortem obiisse notat. Catenæ autem in Pentateuchū Arabicę (quae in Bodiana Biblioteca habetur) collector, eundem 15, die mensis Elul, feria 6, vita excelsissime scribit: filios ejus eum pollinxisse, sepelisse, & per quadraginta dies luxisse, adjiciens. Nempe, qui filium Arphaxadi eum reverā fuisse existimarent, ne nudum nomen videretur, quicquid vel de eo commenti sunt ipsi, vel ab aliis acceptum nimis secure posteritati commendandum putaverunt.

C A P. VII.

De secundæ, & tertiae Mundi ætatis conne-
xione legitimâ: ubi Abraham ante mor-
tem patris in Chanaanam venisse, ex Mose,
Stephano, & aliis offenditur; & ante an-
num patris 130. in lucem fuisse editum de-
fenditur.

In secundâ annorum Mundi Periodo, de
connexione mortis Tharae cum filii ipsius
Abrahami in Chanaanam profectione, (qua
tertiae periodo dat initium,) quæfio adhuc
discutienda restat. A quâ, quia tertiae quoque
Mundi ætatis exordii determinatio dependet:
utramque, syllogismo ita expositorio comprehen-
sib[us] exhibere vîsum fuit.

Tempus quo Charane profectus est Abramus in
Chanaanam, initium est peregrinationis
Hebreorum in terra non sua.

Dies XV. mensis VII. (primi postea diet.)
mortem Thara proxime subsecutus, tempus
illud est quo Charane profectus est Abramus
in Chanaanam.

Ergo dies XV. mensis VII. mortem Thara
proxime subsecutus, initium est peregrinatio-
nis Hebreorum in terra non sua.

Majoris propositionis confirmationem, quia
tertiae Periodi explicationem magis spectat, ad
proximum differemus: Minoris, in hoc capite
aggregemur. Et quia mensis & diei ratio in ca-

pite III. supra est redditu; hic de connexione
mortis Tharae cum Abrami in Chanaanam
profectione tantum agemus: quam à Mose, in
fine XI, & initio XII. Genesios capituli, ita
habemus declaratam.

Et fuerunt dies Thara ducentorum quinque an-
norum; & mortuus est Thara Charane.

Et dixit Dominus ad Abram: Egregere de ter-
râ tuâ, & de cognatione tuâ, & ē domo patris
tui, in terram quam ostendam tibi.

Et faciam te in gentem magnam, & benedicam
tibi, & magnificabo nomen tuum; & ego es
benedictio.

Et benedicam benedicentibus tibi, & maledicen-
tibus tibi maledicam: & benedicentibus in te
omnes familiae terre.

Et profectus est quemadmodum est locutus ad
eum Dominus, & profectus est cum eo Lot,
& septuaginta quinq[ue] annorum erat Abram,
cum egredetur Charane.

Ubi imprimis perpendendum est quod sub
capitis III. initium, supra à nobis est explicatum,
Patriarchatum omnium qui post dilu-
vium natu sunt, integra vita annorum summâ
consilio prætermisâ, solius Tharae universos
quos vixit annos esse hinc commemoratos; &
cum mentione mortis ejus, profectionis Abrami
in Chanaanam, narrationem deinde esse
conjunctionem, ut inde intelligeretur, ubinam
consiliuendum esset secundæ Mundi periodi fi-
nis, & tertiae exordium. Quod Mosis consilium
non animadverentes hic alii, per prolepsin &
anticipationem mortem Tharae ante Abrami
ē Charane profectione ab eo positam fuisse di-
ixerunt: & Scripturam alias incerum relinque-
re, quanto tempore post mortem Thara veneris
Abraham in regionem Chanaan; utrum illo an-
no quo Thara mortuus est, an aliquot post annis
quam mortuus fuerat; Ita Peterius. Cui reponi-
mus, (quod ab ipso agnoscitur:) ^d Chronolo-
giam voluisse Mosem integrę, exaltare ac perficie
tradere: addimusque in hunc ipsum finem mor-
tem Tharae & profectionem Abrahæ, ut codem
anno factam, simul conjunctione; ut annorum
primæ mundi periodi cum annis secundæ con-
nexione patesceret. Nulla enim ratio erat
cur Abram, ex Ur Chaldaeorum à Deo voca-
tus, (Gen. XV. 7. Neh. IX. 7. Act. VII. 2.)
& vocatione ejus obsecundans, simul cum Pa-
tre Chanaanam versus iter instituens, & cum
illo Charane aliquandiu subsistens, (Genes. XI.
31.) patre demum mortuo, Charana diutius
moraret, & injunctum à Deo iter amplius
prottraheret etiamsi nulla iterata Dei vocatio
intercessisset. Post mortem vero patris, Abra-
num Charane in terram Chanaanam migravisse,
disertis etiam verbis protomartyr Stephanus
nous confirmat; in Act. VII. 4. sic de eo narrans.
Τότε ἐγενόντο τὸ πέραν τοῦ Ιακώβου, κατέβασεν ἡ Χαράν
τούδις, πατὴ τὸ ἀνθρώπινον πατέρα αὐτὸν, μετὰ
εὐ εὐτοῖς εἰς τὴν γῆν τοῦ τούτου τοῦ λίβανοῦ κατεγένετο. Τούτη εἰσι τὴν Καλαύριαν, habitavit
Χαράν: & illinc, postquam mortuus est pater
eius, translatis eum Deus in terram hanc, in
qua nunc vos habitatis. Cui tam claræ luci,
mirandum profecto est, quantas offendere

^d Peter. in
Gen. lib. 16.
num. 195.
ibid.
na. 174.

I. Vsservii Chronol.

e conentur

contentur tenebras illi, qui anno 70. Tharae Abrahamum natum fuisse opinantur; & in quam varias: (ut hoc efficiant,) se convertant formas. Hieronymus, in Questionibus Hebraicis in Genesim, *indissolubilem questionem* hanc appellat. Iosephus Scaliger, in Elencho posterioris orationis Chronologiae D. Parai, Eliam expetendam esse ait, qui nodum solvat. Melchior Canus, & memoriz lapsum ex concionis estu in Stephano admittit. Abramus Bucholcerus, in Itagoge suâ Chronologica, dicit esse examinanda Acta ad Genesim, non Genesim ad acta lignum ad Normam exigendum, non normam ad lignum: additique esse in Stephanii narratione plura, quae cum grano salis (ut loquuntur) accipienda, & commodâ interpretatione lenienda sunt. Quasi hic aliqua inter Genesim & Acta intercederet differentia; & quasi ut primarius historia hujus author citatus hic fuisset Stephanus, & non ut Mosis fidissimus interpres, qui nos doceret locationem Abrahams initio cap. XII. Genes. propositam, recto & naturali ordine, sine recapitulatione aut *verso a verso* ullo mortis Tharae fuisse subiectandam, cuius mentione immediate praecellerat: aut quasi grano salis condiri illius dicta necessitate haberent, quem Angelo magis quam homini similem orationem hanc exorsum & Spir. sancto plenum eamdem finisse, Spiritus ipse sanctus confirmat. (Act. VI. 15. & VII. 55.)

^a Calvin. Itagog. Chro. cap. 35.

Addit his Sethus Calvinius, ^b Quod affirmatur ex Stephano Abramum post defunctorum Tharam in terram Chanaan profectum esse, id ex versione Septuaginta interpretatum muuatum esse. Sed paraphrases Sepiuaginta interpretatum, si pugnent cum fontibus & textu, cum grano salis accipientas: quum tamen in versione Græca, quæ LXX. interpretibus tribuitur nihil omnino inveniatur quod pro hac sententiâ magis faciat, quam quod ipsis fontibus & in textu legitur Hebraico.

^c Georg. Syncell. Chr. pag. 49.
^d Mal. in Jof. cap. ult.
^e Abram in Pharo Vet. Testam. I. 7 cap. 22. & 37.

^f Jof. 24. 2.

^g Gen. 11. 31.

^b Georgius Syncellus, ^c Andreas Masius, & Nicolaus Abramus, verba Stephanii non de morte Tharae naturali, sed de spirituali idolatriæ morte interpretantur: quod apud Deos suis, (quorum vanissimo cultui erat deditus,) Charane manere statuisset, & filium inde à Deo vocatum in Chanaanam sequi obstinatissime renuisset. Sed praterquam quod a sensu literali quem in historiâ suâ narratione B. Stephanum spectasse non est dubium, ad mysticum & tropologicum verba Protomartyris (præter omnem rationem) illi detorqueant: cum ipsis etiam Historiæ veritate nobis certè videtur, eam expositionem, omnino non posse existere. Etsi enim Tharam Diis alienis aliquando servisse, à Josua edoceamus: tamen cum filium Abramum ex Ure, idololatrica Chaldæorum urbe, miseratione divinâ vocatum, ultro Thara secutus fuerit, in Chanaanam quoque (si in itinere morbo Charanæ detentus & morte sublatuus non fuisset) comitaturus; in Charane subsistentem ad vomitum suum fuisse reversum, & Servatoris progenitorem in tam fœdâ idolatriâ fuisse mortuum, ut credamus, animum inducere non possumus.

Daniel Angelocator, in sua Chronologie Prodromo, questionis solutionem in voce [uero] consistere arbitratur quæ in loco Actorum non post, sed circa, vel sub significet: ut sit sensus, quod sub mortem patris vel circa mortem, hoc est ingravescente astate eius profectus sit. Verum neque exemplo illo probatur, eam esse vocis usq[ue] latitudinem, ut circa, vel sub significare possit: (illud enim *versus* uero *versus*, ex Mab. I. 12. productum, nihil aliud omnino denotat, quam reverâ post exilium Babylonicum inchoatum, à Jechoniâ genitum fuisse Salathielem:) & summi probaretur, hic certe ea significatio locum habere non potest. Quis enim diceret, circa vel sub mortem Tharae profectum fuisse Abramum; si inter eam filij profectionem & mortem patris 60. ipsi anni, ut Angelocatoris (in Septuaginta annum Tharae natalem Abrahami coniunctis) necessario requirit hypothesis, intellec-

^h Pererins, cum Abulensi, duas Abrahams profectiones ex Charane in Chanaanam distinguendas esse asserit. Priorem, quum 75. esset ille annorum, patre adhuc vivente; posteriorem, quum esset annorum 135. parte jam mortuo, factam: de quatuor priore Moles, de posteriore Stephanus meminerit. Per 60. vero postremos patris sui annos, non tam habitasse in terra Chanaan eum dici posse putat, quâm peregrinatum esse, quod, per intervalla, patrem & fratres reviserat. Sed renuntiata patris morte, reversum in Charan, ut vel patris funus curaret, vel ne bona quæ paternâ hereditate sibi obvenerant perderet, egressum inde postea eum fuisse ait, firmissimo animo certissimoque proposito nunquam eo in posterum revertendi; ut perpetuus deinceps terra Chanaanæ colonus & habitator esset: ita enim *versus* iuri. Act. VII. 4. ille interpretatur: colonus & habitator fecit, eique quasi nunquam amplius reversus domicilium in terra Chanaan statutus; siquidem vox *versus*, non simplicem translationem, sed quasi coloniam denotat.

Verum hoc de duplice Abramii in Chanaanam translatio firmamentum abunde refutant Torniellus, D. Gualterus Ralegh, (Histor. Mundi, lib. 2. cap. 1. §. 3.) Salianus, Bonfrius, Henricus Philippi; & fusissime Harvilæus, in Itagoge. Chronol. sect. 33. [à Col. 22. ad 340.] Illa enim verba Apostoli, Hebr. XI. 15. Si Patri illius mentes fuisse ex qua exierant, habebant opportunitatem ad revertendum; in Abramam præcipue locum habuerunt qui urgente fame, ad Aegyptios, non sine præfente vita periculo, proficisci maluit, quam ad suos reverti; [Gen. XII. 10. 12.] & tantopere cavit, ne filius suus Isaacus in eam terram reducetur, ex quâ ipse est egressus [Gen. XXIV. 5. 6. 8.] Illud autem *versus* nihil aliud denotare certum est, quam facere ut quis migreret, vel sedes mutet; sive peregrinatio ea transmigratione dicenda fuerit, sive quid aliud; sive qui migrat, sive & constanter in termino quem petat, sive ad tempus sit permanens. Unde & de migratione, sive transmigratione Babylonica, hoc ipsum vocabulum in hac ipsa Stephanii con-

CHRONOLOGIA SACRA. 35

cione usurpatum fuisse videmus. Act. VII. 43.
Mittimus igitur invicem Basiliensem, Transferam vos
trans Babylonem, & Threnor. I. 3. Migratio
Iudea anno regnacionis domini, & anno regni souver
antri: Migravit Iudea pre humiliacione sua, &
pra multitudine servitiorum sua. Atque ut Abr
am migrationi, & Charane anno etatis suae 75.
cum familia, & familiari tota & Dei iusta fese
transfententis, ueritas appellatio maxime pro
priè convenit, ita & universam tam ipsius, quam
posteriorum Jesu in Chananæ habitationem &
commorationem, pro peregrinatione esse ha
bendam, tum ex Apostoli verbis illis liquet
Hebr. XI. 9. Per fidem Abraham commoratus est
in terra promissionis, tanquam in aliena, com
moratus in tabernaculis cum Isaac & Jacob, co
heredibus eiusdem promissionis, tum ex ipso
Mose, Chananam ut terram peregrinationum
Abrahami, Isaaci & Jacobi subinde nobis ex
hibente (Genes. XXXVI. 7. XXXVII. 1. Exod.
VI. 4. Unde & Deltii, Perkinsi, aliorumque
opinio quoque concidit) qui seposito etiam
illo de dupliciti Abramii ex Charane in Chan
anam translatione commento, cum B. Augu
stino, (libro 16. de Civitate Dei, cap. 15.) dif
ficultatem omnem per expositionem verbi
ueritatis tolli posse existimat, quod collocavit,
seu firmiter habitare facit illi interpretantur:
Abrahamum dicentes, 60. quidem annos in
terra Chananæ (vivo adhuc parte) translegisse,
sed nihil in ea posseditisse; post patris vero mor
tem exemptione possidere agrum & speluncam,
atque hanc ratione firmius domicilium ibi
habere, cœpisse, nulla interius proprietatis vel
Latine vocis transfluit quæ motum quendam,
vel Graecæ uerbi quæ transmigrationem
denotat habitâ ratione quemadmodum recte
hic à Bonifacio est observatum: ut non ad
dām, fixum hoc Abramii juxta Hebronem
domicilium, non minus peregrinationis ipsius
locum fuisse habitum (Genes. XXXV. 27.)
quam reliquam Chananam, in qua liberius
ante eberrabat.

Ludovicus de Dieu, vir doctissimus & mihi
quam vixit amicissimus, in Animadversioni-
bus ad Act. VII. 4. hanc etiam conjecturam
suam eruditis considerandam proponit. Verbis
illis Stephani, de translato Abrahamo *in iu-
no iu[n]o iu[n]o sic lo[u]r[er] uo[x] xanxiu[i]*, [in terram
Iudea in qua vos nunc habitatis] non videri
innui terram Canaan universim, sed speciatim
determinari eam partemque tribui Iuda cesserat,
in qua Iudei quos Hierosolymis alloquebatur
Stephanus tunc habitabant, adeoque recessi ba-
bizationes ejus in Mamre, & quidem postquam
empto ibi (prope Hebron in mediusilio tribus
Iude) agro firmam sedem ibi sicut. Cum autem
Sarah, in cuius sepulturam ager ille emptus
fuerat, decennium marito junior, [Gen. XVIII.
17.] annos 127. nata, ex hac vita decessit; Gen.
XXIII. 1.] & Abrahamum annos 137. natum
tum fuisse oportuit, & altero jam anno vivere
defuisse Tharam etiamsi ab ipso Septuagena-
tio Abrahamum suscepimus fuisse admile-
rimus.

Sed neque ista explicatio cum serie oratio-

nis Protomartyris satis quadrat: in qua mentioni commemorationis Abrahā in Charane hæc statim subjiciuntur. Et illinc postquam moriū est pater ejus, translulit eum Deus in terram hanc in qua vos nunc habitis. Et non dedit ei hereditatem in ea ne vestigium quidem pedis: & promisit, se illam daturum ei possidendam, & semini ejus post eum; quum non esset ei filius. Ubi ex Charane immediate fid enim vox eius illinc indicat, in aliam terram translationem eam, (de qua Stephanus loquitur, factam fuisse clarum est; non ex una Chananae parte in aliam, post plures quam 60. à relista Charane atros demum factam migrationem alteram: quæ sive cum fixa domiciliī sede conjuncta fuerit, sive secus ad rationem *εποικιών* ut dictum est, nihil omnino attinet. Deinde translationem hanc circa illud tempus contigitisse Stephanus significat, quo pollicitus est Deus Abrahāmo, se daturum terram illam semini ipsius; quum nondum haberet filium (Act. VII. 5.) At fixam illam, quæ non à nostro solum Ludovico, sed etiam Delrio, Perkinsio, Pererio, & aliis hic obtenditur, Abrahāmi habitacionem longe post natum Abrahāmo filium multoque longius post hereditatem terre promissionem, contigit nemo dubitat.

Negue huic obiectio plane satisfacit responso illa Petavii: non translatum esse Abraham ait Stephanus, antequam haberet filium; neque enim illud prius; Et inde post quattuor iussis est pater eius translatus illum, neque quia deinceps dicuntur omnia necesse est, & ad idem pertinere tempus. Repromisit, inquit, dari illi enim in possessionem, & semini ejus post ipsum, quum non haberet filium. Sola ergo repromissio facta dicitur antequam haberet filium; non autem translatio, & secunda in Chananiam migratio: quasi diceret, Repromisit illi iam tum quum non haberet filium. Porro ista promissio jampi- dem edita est, cum primum à Chaldaea proficeretur; ut indicat Stephanus. Ita enim scribit Petavius: quum promissionis vel illius vel ullius Abrahamo à Chaldaea proficierent factæ; ne uno quidem verbo Stephanus meminerit. At vero quam primum è Charane in Chananiam Deus illum translavit, (ut in Act. VII. 4. Stephanus loquitur;) editam esse promissionem illam ostendit Moses; (Gen. XII. 7.) Semini tuo dabo terram hanc; jam tum quum non haberet filium. Indeque non unam a Moysi Abrahami migrationem anno ipsius LXXV. alias à Stephano, anno ejusdem CXXVII. factam; sed unam & eandem ab utroque intellemus fuisse concludimus. Nec aliud quidem voluisse Moysèm, quam post patris demum excessum, primam Abrahami terram Chananitatem protectionem esse suscepit (recapitulatione vel anticipatione nulla interposita) ex Charane primum deceisisse apud Judæos qui Stephani tempore vixerunt communiter recepta sunt sententia; quod vel illa Philonis Judei in libro mœtræ annæ, verba satis ostendunt. Oi- rei τοις ἀπεργόντος τοις ρόμπαις ἀρχούσι, εἰσὶ οἱ πρότεροι εἴδη τοις Χαρακταῖς αὐτοῖς τοῖς Ἀργαρά

2 Petav. Ra-
gionar tem-
por. lib. 2.
Cap. 2.

quoniam sic dicitur, transversus est auro, et natus
est in Aegyptio, ruror ussurianus. Neminem latere po-
test, qui legibus (five libris Mosaicis) studium
adibuerit, quod Abramum primum quidem
e Chaldaeorum terra veniens habitavit in Cha-
ran; ibi vero defuncto ipsius patre ex eis quo-
que profectus est. Itaque Dositio, qui paulo post
Samaritanis suis Mosaicum Pentateuchum a se
interpolatum dedit, ita fuit persuasum, ut quum
falsa opinione datus, anno Thara septuagesimo
natum fuisse Abramum existimatet, simul-
que Tharam 205. etatis anno vita functum, ac
deinde Abramum anno vita 75. Charane dis-
cessisse legeret; ista aliter inter se conciliare
nesciens, pro 205. annis Thara, non in Hebreo
solum, sed etiam in Greco & Caldaico textu
repertis, 145. (numerum ex 70. Thara & 75.
Abrahae conflatum) inaudita audacia substitue-
re non dubitavit. Ex quo appetat tamen, quam
alte animis illius temporis ea infederit senten-
tia qua Abramam ex Charane in terram Cha-
naanis profectionem cum patris morte fuisse
conjunctam, indeque 430. peregrinationis He-
breorum annos, Exod. XII. 40. memoratos,
deducendos esse constitutus, qua Samaritanorum
omnium Chronologorum ad hunc diem
usque, communis est opinio: quam inter Chris-
tianos quoque Fastorum Siculorum autho-
rem fuisse secutum, non difficile fuerit anim-
advertere.

Pr Nobis quoque facit Chrysostomus, ho-
milia 31. in Genesim, de Abram ex Charane
dissensu ita scribens. Non antea eum Deus inde
evocavit, donec mortuus Thara. Tunc enim, illo
defuncto, inquit; Et dixit Dominus Abra:
Egredere de terra tua, &c. (Genes. XII. 1. &
in homilia 36. Occupata Charan, postquam illuc
tabernaculum fixerunt, & morte funitus est Tha-
ra, iterum praecepit ei a Deo, ut exiret
inde; Egredere, (inquit) de terra tua, &c.

Neque aliud lidentur ulli alii; nisi Do-
sitheano illo praejudicio, Abramam a patre
septuagenario suscepit, in transversum acti,
hoc uno ariete, (cum Abulensi,) qua nobis
dicta sunt concuti, & prosterni posse omnia
sibi persuaserint. Si decepsit Abraham Charane
post mortem patris sui; natus fuisset ille,
quum Thara esset annorum 130. Thara enim
vixit 205. annos. (Genes. XI. 32.) Abram vero
erat 75. annorum quum egredieretur Charane.
(Genes. XII. 21.) Atqui a Thara genitum fuisse
Abramum, quum esset 70. annorum, verba illa Moysis, Genes. XI. 26. clare ostendunt.
Vixit Thara septuaginta annos, & genuit Abramum, Nachorem, & Haranum.

Et quidem si unius tantum filii hic, uti in antecedentibus a Mose facta fuisse
mentio; nulla de nativitatis illius tempore sub-
ori poterat dubitatio. Verum quum tres sim-
ul ille nominet, quos omnes uno & eodem
anno hanc quamque genitos fuisse constat; nihil
aliud quam Tharam anno etatis sua septuage-
simu, liberis operam primum dare ccepisse, &
tres filios suo quemque ordine, deinceps su-
cepisse, significare voluit: ordine eorum, de-
ditia opera, confuso, ut non a tempore susce-

pta primum ab eo prolis, sed a morte ipsius, &
cum ea conjuncta Abramam in Chananeam
profectione, annorum Mundi series continuan-
da fuisse intelligeretur; quemadmodum sub III.
capitulo initium supra declaravimus.

Ita Procopius Gazaeus, in hunc Genesios lo-
cum scribens. Quaritur, (inquit) quoniam Tha-
ra annos natus 70. procreaverit Abramum,
& deinde concesserit fato, natus annos 205. Fuit
autem eo tempore Abramus non 135. annos,
sed attigit annum 70. (vel 75. potius) Jux-
ta scriptura sacra testimonium, Veram enim ve-
ro mihi elucescere videtur, Tharam genuisse
Abramum (lego Aran vel Haranem) non
instante anno septuagesimo, sed eo perfecte com-
plexo. Nec etiam continuo, ubi illi annus finem
accipit, natus est Abram: sed demum 130.
Thara. Nec Moses recordatur Abramam, ni
inter primogenitos eum connumerari velit: sed
ejus meminit ut primi, & praecepit, & filiorum
celeberrimi qui vel in primis necessarios sit ad
præsentis historie relationem. Et potius. Hinc quis
intelligat, Aran annorum numero antivisse
Abramum & Nabor; licet in narrationali si-
cie priore loco Abramus sit positus, Non tamen
id accidit, ut senior eateris sit habendus: sed id
tributum est honori Patriarcha.

Similia habet & Theodoretus, ex Catenâ
Grecâ ab Aloysio Lipomano productus, doc-
ens Abramum novissimum trium filiorum
in senecta patris fuisse genitum. Quin & ipse
Augustinus, licet opinionem qua Thara Septu-
genario Abramum suscepit statuit sit ad-
dictio, in apparente tamen inter Molem &
Stephanum differentiam enodandâ, explicatio-
nem hanc non esse negligendam ultra agnoscat:
Quæstione 25. in Genesim, de difficultate ista
hunc in modum scribens. Potest & sic solvi quo-
niam Scriptura qua dixit, [Cum esset Thara
annorum LXX. genuit Abram & Nachor &
Aran,] non unique hoc intellegi voluit, quia eodem
anno eratis sua omnes tres genuit; sed ex
quo anno generare capitur cum annum commemo-
ravit Scriptura. Eri autem potest, ut posterior
generatus sit Abram, sed merito excellenter,
qua in Scripturis vadde commendatur, prior
fuerit nominatus: sicut Prophetæ priorem nomi-
navit minorem, Jacob duxi, Etiam autem odio
habui;) & in Paralipomenon cum si quar-
tus prædictus nascenti Iudas, prior est nominatus, à
quo Iudeæ gens nomen est datum, properetri-
bam regiam. Commodius autem plures exi-
sunt inveniuntur, quibus questiones difficiles dissol-
vuntur. Ita ille.

Josephus Scaliger in Elencho 2. Orationis
Chronologicae D. Parei, magna verborum
pompa, sed vulgo rationum pondere, solutio-
nem hanc deprimere constat: quam a Mat-
thæo Beroaldo primum fuisse excogitatum ille
opinatus est; quum non ab antiquis solum, sed
etiam a recentioribus, Nicolao Lyra, Car-
inali Cajetano, Aloysio Lipomano, Jacobo
Naclanto, & Johanne Calvinio discere potis-
set, ante Beroaldum eam fuisse traditam. Ve-
rum si hunc audire volumus, illud omnem per-
vicaciam expugnaverit; quod Deus præcepit

Abraham

Abrahamo discedere ex Vr Chaldaorum, ut statim in terram Chananeorum contendere, non ut in Charran resideret. Deinde ex B. Stephano hoc probato, sic ille infert. Si praeceptum datum est Abrahamo, non Thara; nihil antiquius Abrahamo esse debuit, quam in illam terram concedere, quam illi Deus indicaverat. Alter non paruisse mundatio Dei. Relicto igitur pare in Charran & assumpto Lot, juxta mandatum Dei, nulla interposita mora, in Chananeorum fines abiit. Atqui, praecepito isto nihil obstante, Abrahamum aliquod tempus in Charran mordatum esse, non Stephani solum in Act. VII. 2. 4. (quod & ipse agnoscit Scaliger) sed etiam Moses in Genet. XI. 31. XII. 5. Cujus utriusque narrationi nisi petas fides penitus derogetur, Scaligeri argumentum hoc nemini factorum est fidem; Abrahamum, relicto pare in Charran, nulla interposita mora, in Chananeorum fines abiit.

Neque multo majoris momenti est argumentatio illius altera. *Abraham primo loco genitus est, ut qui primus fratribus nominetur, Itaque natus est LXX. patris sui anno. Cui cum opponerentur a Pareo; nominari Abraham primo loco, non geniture, sed dignitatis ratione: negat ille confidenter, vel in sacris vel in exoticis scriptis filios aliter recenseri quam genitura ordine. Ille ait, Scripturam nunquam aliter filios numerare quam ut quemque natura in lucem dedit. Sectator ejus & Johaines propositionem illam haec restrictione addita proferendam fuisse censuit; Scripturam eo quo generantur sunt ordine liberos, ex legitimo matrimonio natos, numerare solere. Ut praeoccuparet scilicet locum illum ex I. Chronic. I. 28. objiciendum: *Filius Abraham, Isaac, & Ismael. Ubi Isaac anno centesimo Abraham natus, (Genet. XXI. 5.) præponitur Ismaeli, anno ejusdem 86. in lucem edito (Gen. XVI. 16.) neque animadvertisse ille tamen, quem ex Genesio XLVI, cum Scaligero ad confirmandum propositionem suam producit, eamdem plane everti.**

Omnes filii Jacobi, inquit Scaliger (& eum fide implicita hic secutus Bohemus,) secundum genitura tempus recensentur: primo quatuor ex Leâ, secundo, duo ex Balâ: tertio, duo ex Zelphâ: quarto, duo ex Leâ: quinto, duo ex Rachel, prout natura ordo eos protulit. At si quis locum ipsum Genet. XLVI. consulere voluerit, inventiet primo loco susceptos ex Leâ filios sex, & Dinam filiam; secundo ex Zelpha duos; tertio ex Rachel duos, quarto ex Balâ duos; quinto ex nullâ nullos; neque eo ordine omnes Jacobifilios ibi esse recensitos, quo natura eos in lucem protulit. Quod manifestius etiam in alia eorumdem tecenfone, I. Chronic. II. 1. 2. observari poterit. Addit deinde Scaliger, Scripturam alibi non solum primogenitum primo loco ponere, ut in I. Chronic. VI. Rübem; (licet jus primogeniti ille amissum) sed etiam quis sit primus, quis secundus, quis tertius, designare. (I. Sam. III. 2. 3. 15. I. Chronic. VI. 18 & VIII. 1. 2. 3. 30. 39. & XXIII. 29. 20.) quod etiam contra ipsum facere (in Comm. ad Gen. c. XI.) recte notavit D. Pareus, quid enim

alicubi disertâ designatione opos summet, quidem ubique naturalis ordo servatus fuisset. Dignitatis vero ratione, non Isaacum solum Ismaeli, (Genet. XXV. 9.) sed etiam Jacobum Esavum, (Genet. XXVIII. 5. Jos. XXIV. 4.) Ephraïmum Manasse (Genet. XLVII. 20.) atque ob principatus prerogativam, Judam reliquis fratribus, (I. Chronic. II. 5. eum V. 2.) & Moysen Aaroni frati seniori (Exod. VII. 7.) præpositum fuisse invenimus.

Porto ex tribus Thara filiis, Haran natu fuisse maximum, non Abrahamum (sicet ob dignitatem primo loco is ponatur) non inde solum a Carinali Bellarmino confirmatur, qui obiit ante careros, & quia fratrū alter Nachor, filium ejus Melcham accepit in uxorem, sed etiam quia alteram Haranis filiam Jescham, ipse Abraham uxor duxit. Ita enim in Genet. XI. 28. 29. legimus. *Et mortuus est Haran in conspectu Thara patris sui; in solo natali suo, Vr Chaldaorum. Et duxerunt Abram & Nachor uxores: nomen uxoris Abram Sarai, & nomen, uxoris Nachoris, Melcha filia Haranis patris Melchae, & patris Jescha. Quo loco, (inquit Bellarminus,) per Ieschain non potest intelligi nisi Sarai; (qua, teste Josepho in Hieronymo) binominis erat. Néque enim ullo modo credibile, Scripturam prodere voluisse patrem Melchae & non patrem Sarai, persona longe dignioris: & deinde quorū mentio staret Jescha, si diversa esset à Sarai? Et hæc certe non Josephi cantum, (lib. I. Antiquit. cap. 7. & 8.) sed etiam omnium veterum Hebraeorum communis est sententia: a B. Augustino quoque (lib. 16. de Civitate Dei cap. 12. 19.) & majore Christianorum parte recepta. Unde argumentum hoc necit Nicolaus Lyranus in Genet. XI. Secundum Hebraeos & omnes alios expounderet, Sarā nō er Abraham, fuit filia Aran. De ipsa vero scribū infra (Genet. XVII. 17.) Putefne Centenario nascetur filius, & Sarā non iagenatio patiet? Ex quo patet: quod Sarā erat junior Abram decem annis tantum. Si igitur Aran fuit junior ipso Abram, sequitur, quod non habebat decem annos quando genuit Sarā, imo nec octo; quia inter nativitatem Abrā & Arān fuerunt plus quam decem anni. Quod ipsum etiam concedunt Hebrei, in Sanhedrin cap. 8. & Seder Olam Rabba: capite secundo in quo ita legimus *שָׁמַע אֱלֹהִים וְיָשַׁא אֶת הָרָה וְיָשַׁא שָׁמַע אֶת הָרָה לִבְנָה* Quam ad annorum sex aetatem Haran exerevisset, accepit uxorem: *qua peperit ei annorum octo existenti, uno anno Lotum, altero anno Ieschain, qua & Sarah est.* Neque ut hoc fieret, absurdum esse, inter Christianos Genebrardus quoque somnauit. Verum sapientior Cardinalis, nova ex positione verborum illorum Genet. XI. 26. (*Vixit Thara Septuaginta annis, & genuit Abram, Nachor & Aran*) difficultatem totam solvi posse. Ex quo loco ille colligit ann. 70. Thara, iam natos fuisse tres illos filios. Non enim, (at ille) Scriptura significat, eodem anno omnes tres genitos fuisse; sed illo anno iam habere capisse ipsum Thara tres filios: unum videlicet illo anno genuum, & alios antea.*

^b Bellarm.
Controverf.
de Sacram.
Matrimon.
cap. 28.

^c Genebrard.
Chronograp.
in fin. xxii-2.

Ilo autem anno natus est Abraham. Scriptura enim in Genesi, semper indicat tempus nativitatis eorum, quorum texit genealogiam, ut sciamus etatem totius Mundi; aliis pratermissis, cui ad istam Chronologiam non pertinent. Iacob videmus Scripturam Genel. IV. prodidisse, quando anno etatis Adae natus sit Seth, per quem texitur Chronologia; non autem quod anno ejusdem Adae natus sit Abel vel Cain. Et Gen. V. dicitur Noe, cum quingentorum esset annorum, genuisse Sem, Cham & Iaphet; ubi notatur precise annus quo natus est Sem, quia per illum deducitur Chronologia: & in reliquis idem observare licet. Cum ergo solus Abraham ex filiis Thara sit is, cuius explicatur genealogia, & per quem texitur Chronologia: necesse est dicere, illo anno ipsum natum esse, alias autem ante.

Atqui ut concessum Bellarminus hic sumit, quod à nobis pernegratur: per annos etatis vel Abrahami, vel Semi, annorum totius Mundi seriem scripturam texere voluisse. Ut enim in omnibus illis locis in quibus unius coiisque Patriarchæ ortus singulariter & distincte est memoratus, fieri hoc libenter concedimus: ita ubi tres simul mixtim & confuse nominantur, aliter longe rem se habete dicimus; & abrumpti per annos aliquibus illorum Patrum, & tatis Mundi continuationem, atque à nova epocha deinceps eam deduci afferimus, à Diluvio videlicet, ubi Sem, Cham, & Iaphet; (Genel. V. 32. cum XI. 10.) ab initio vero peregrinationis Hebreorum, sive Abrahami ex Charane in Chananæam profectio cum obitu Thara patris conjunctâ, ubi Abram, Nachor, & Haran simul enumetati reperiuntur. (Genel. XI. 26. cum XVI. 3.) Ex collatione vero prioris illius ternarii, ex Genesios V. à Bellarmino hic producti; nova hæc ipsius expositi commentaria deprehenditur. Ut enim in Genesios, ut rarum quid & maxime observandum nobis proponitur, quod ante annum quingentesimum Noë liberos gignere non cœpisset; cum ceteri omnes in eodem capitulo, inter annum 65. & 187. genuisse memorentur: ita & in XI. cum reliqui omnes post diluvium nati, inter annum 29. & 35. genuisse legantur; quod Thara ante septuagesimum vitæ sue annum libertis operam dare non cœpisset, ut res notatu non indigna, similiter nobis exhiberetur, & pat eadem requirebat ratio. Et quum eodem interque locus explicandus sit modo, in priore exponendo deceptum Bellarminum esse appareret, ibi notari precise annum, quo natus est Sem, existimat. Quum enim 502. esset annorum Noë susceptum ab eo fuisse Semum, in fine capituli IV. supra à nobis est ostensum: ideoque verum non esse, eum quum 500. precisely esset annorum, jam habere cœpisse tres natos, Sem, Cham, Iaphet: de quo etiam iterum Nicolaum Lyranum audire liceat, in Genes. V. 32. ita scribente. Dicunt Hebrei quod Sem non fuit primogenitus Noë, quod probant, quia hic dicitur quod quingentesimo anno vita sua capit generare: & sic primogenitus ejus erat centum annorum tempore diluvii; quia tunc fuit Noë sexcentorum annorum? Sem vero non habui-

centum annos usque post Diluvium per duos annos; ut dicitur infra, XI. capite.

At si anno 70. Thara natum Abrahatum fuisse non admitteremus; incertum futurum summi Patriarchæ annum natalitium, objectant alii. Quinque vero exprimit Moses diversi annos etatis Abrahæ; scilicet 75, 86, 99, 100. & 175. Cur igitur annum, quo natus est, retinetur? immo quorum attingebat, maiores istos etatis Abrahæ annos nominativi exprimere; si primus Abrahæ, unde pendebat reliquorum numeratio, ignoraretur? (inquit Abrahamus Bucholcerus.) Verum nos primum annum Abrahami ignorari nullo modo concedimus. Subducto enim ab integræ vitæ Thara annis 205, numero anno, rum 75, quos Abrahatum egisse Scriptura confirmat quum cœpta in Chananæam profectio, impeditum per mortem patris penitus sublato, Charane est egressus: inter nativitatem Thara & filii eius Abrahami 130, annorum spatium intercessisse intelligitur. Neque officiunt quæ contra hoc à Bucholcero posita objecta esse videamus. I. Abraham ipsum miraculi loco dixisse, si ex se centenario, & Sara non generaria nascatur filius Isaac. (Gen. XVIII. 17.) II. Ne quidem annum 130. Thara certo signari posse nativitati Abrahæ. obstante eo, quod migrare potuisset Abraham annis aliquot à morte Thara decurso. Sed ad posterius hoc, in capitulis hujus initio, contra Peterium; ad prius illud, in V. capitulo, contra Morinum, iam respondimus. Ut concludere tandem licet; Abrahatum statim post mortem patris, ex Charane in Chananæam primum else profectum; à qua profectione, & peregrinatio Hebreorum in terrâ non suâ, & cum ceteris mundi ætas tertia (de qua deinceps acturi sumus) suum capit exordium.

C A P. VIII.

Peregrinationis Hebreorum annos 430. (qui tertie ætatis Mundi spatum constituant) à primâ Abrahami ex Charane in Chananæam profectione, non à Iacobi & filiorum in terram Aegypti desponsa, arcescendos esse ostenditur.

Item Dab
Temp. 3.
cap. 14 Dionysius Petavius, suo more, sacri calculi certitudinem infirmatutus, de preciso tempore, & initio, & exitu tertiae hujus periodi, sive ætatis Mundi, quæsiōne moveri posse existimat. Nam si quis, (inquit) peregrinatio obſipere voluerit, urgeri potest, non confare, utrum anni illi CCCCXXX. posse quos legem datam esse Paulus restatur, (Galat. III. 17.) precise sic accipiendi sint; ut annus Abrahami LXXVI. sit illorum primus, an LXXVII. ita ut exente LXXVI. promissa sit Abraamo soboles. Tum utrum subinde CCCCXXX. anni expletis, & in ipso CCCCXXXI. lex in monte lata sit, an posse unum alterumve annum ab illis expletis; an labente CCCCXXX. Pro hac enim varietate putandi, uno, aut duobus, aut tribus, aut eo amplius minusve, si Moesio ro-

tundam

tundum numerum expressisse quis dicat, minuenda vel angenda erit annorum summa.

Atqui de utroque horum Mōs nos certos reddidit. De initio quidem: Abrahām dōcens, accepta promissione de semine, in quo benedicēt̄ ellen̄ omnes tribus terrae, (ad quam respexit B. Paulus (Gal. III. 14. 16. 17.) ex Charane egressum fuisse, quum LXXV. effet annorum, & in terram Chananaeā pereverneſſe (Genel. XII. 1. 5.) posteaque ingeſtum cum eſſe ad Hagaram ancillam, ex aucto decen- nio, ex quo in terra Chananaeā ille habitaverat; quæ filium Ismaelem ipū pepereret, quum effet ille annuum LXXXVI. (Genel. XVI. 1. 6.) Ex quibus inter se collatis, luce clarissima est, ab inueniente anno Abrahami LXXVI. & ipsius peregrinationis, & promissionis benedicti semi- nis epocham, à nobis, (cum Eusebīo) esse deducendam. De exitu, non minus claram explicationem, per verba illa Exodi XII. 41 idem nobis exhibet. Et factum est post FINEM qua- dringentorum trīginta annorum, ut eodem ipso die egredierentur omnes exercitus Domini de ter- rā Agypti. Et quum mense ab inde tertio Le- gem in monte Sinai datam fuisse, ex Exod. XII. 1. 16. constet: legiſlationem illam ad annum CCCCXXXI. labentem esse referendam in dubio non relinquitur; adeoque totius tertiae hu- ius Periodi ſpatium CCCCXXX. præcise an- norum effeſt statuendum.

Sed hic imprimis locus ille primarius, Exod. XII. 40. paulo diligentius à nobis effeſt expen- dendus.

וְמִשְׁבָּח בְּכַי יִשְׂרָאֵל אֶת־יְהֹוָה בְּצִדְקָה peregrinatio autem filiorum Iſrāēl, qui commorantur sunt in Agypto, fuit quadringentorum trīginta an- norum. Ad quorum verborum reſtam intelligentiam notandum effeſt.

Primo vocem Hebream uti Chaldaicam hic ei respondentem אֶת־יְהֹוָה ut generatim quavis habitationem, ita ad externos & advenas relata, peregrinationem & migrationem ē patria denotare: quemadmodum ex ejusdem originis in utroque lingua vocabutis appa- ret. Ita apud Hebreos paſſim, וְרוּחַ non inco- lam modo, sed etiam iniquinum & peregrinum designat. Unde Abraham, Genel. XXII. 4. ſe- in terra Chananaeā וְשָׁמָן-תַּךְ fuisse dicit: quod in Graeca interpretatione κατεῖχος ὑπαρχόντων, in vulgata Latina, advena & peregrina, effeſt redi- ditum. Similiter apud Chaldeos; Genel. XXI. 34. pro לְבָנָה & peregrinus est, in Chalde- חֲנָנָה habetur: & cap. XXVIII. 4. רְאֵשָׁתְּנָה terram peregrinationis tue. Chaldeus Paraphrastes οὐγρά-ν τριμένη reddidit. In Graeca denique interpretatione, hoc ipso de quo jam agimus loco, ubi Romanus codex legit, Η ἡ- τοκούσις τοῦ νῦν ἱεροῦ τοῦ γενενόμενος, Habitatio autem filiorum Iſrāēl qua habitaverunt; alii cum vetustissimo nostro Alexandino habent. Η ἡ μετανοία τοῦ νῦν ἱεροῦ τοῦ παρόντος, Pe- regrinatio autem filiorum Iſrāēl qua peregrina- ti sunt.

Secundo Chananaem terram peregrinationis, ut Abraham, Iſaaci & Jacobi; [Exod. VI. 4. cum Gen. XXVIII. 4. XXXVI. 7. XXXVII. 1.]

ita & Israelitum ab eis descendantium fuisse habitam; propter arduissimum videlicet illud quod inter maiores & posteros necessitudinis intercedit vinculum. Et tribus certe illis Patriarchis terram hanc peregrinationis ipsorum hæreditatio possidēt̄ eis ſe daturum Deus promiserat: (Pſal. CV. 11.) quod in posteris tamē eorum completerum tantum fuisse novimus. Ut posteriorum poſſeſſio patribus; ita & patrum peregrinatio hic tribuitur posteris, eadem pla- ne ratione, qua horum ipsorum posteriorum posteri transitum maris rubri & Jordani ſibi cum patribus communem faciunt in Pſalmo LXVI. 6. converit mare in aridam; per flumen tranſuerant pede: illis letati ſumus in eo. Ita, quum in Bethel cum Jacobo locutus eſt Angelus, in eo etiam cum posteris ejus locutus fuisse dicitur. Hoc XII. 4. Bethel invenit eum, & ibi locutus eſt nobis ſum, & a patribus ad filios illa traducta eſt criminatio; Amos V. 25. A. Et. VII. 42. Numquid hostias & sacrificium obtuliſſis mibi in deferto quadraginta annis domus Iſrael? In ſolemnī illa denique Confessionis formā, quam Deus primicias ſibi in festo Pente- coſtēs offerebantibus preſcripſit, posteris ea omnia videmus attributa, quæ patribus ipsorum in Agyptiaca hāc peregrinatione contigerunt. Syrus periens erat pater meus, qui deſcendit in Agyptum hominibus paucis, ut peregrinaretur illis; evaſi autem illis in gentem magnam, ro- buſtam, & amplam. Quoniam malo nos afficien- tes Agypti, & affligentes nos, imponerent no- bis ſervitū duram; inclinavimus Domin. Deum majorum noſtrorum: exaudiensque Do- minus vocem noſtrā, refecit afflictionem no- strā, moleſtiamque noſtrā, & oppreſſionem noſtrā. Nam educens Dominus nos ex Agypto manu forti, & brachio extento & terroro ma- gno, ſignis etiam & prodigiis; introduxit nos in locum hunc, deditque nobis terram hanc, affluen- tem laeti & melle. (Deuteronom. XXVI. 5. 9.) Quibus addantur & illa ad filios Iſraelis Dei verba, Judic. X. 11. 12. An non ex Agyptis, & ex Amorais, & ex Amonitis, & ex Pibistasi, Sidoniis quoque & Amalacitis, & Moabitis opprimentiibus vos; quum clamaretis ad me, ſum ſervavi vos ē manu eorum? Et Samuelis, I. Sam. XII. 11. Misit Dominus Ierubalem, & Bedanem, & Iephitham, & Samuelem; eri- puitque vos ē manu hostium uſtrorum circum- quaque, & ita ut habitaretis ſecure. Ubi ma- nifeste & ipſi, & patres eorum ſimil compre- henduntur, ut in praefete loco, Exod. XII. 40. In quo si filiorum Iſraelis nominatione, pa- tres hi excluderentur: nec ipſe quidem Iſrael in horum peregrinationum numero fuſſet comprehenſus; quem tamen hujus in Agyptum profectiōnis principem fuisse nemo dubitat.

Tertio, cum Hebrei caſibus careant prono- men τον ambiguitate hic effeſt relationis. Unde & in ipſa editione vulgata Latina, Biblia polyglotta Antwerpiana Regina, & Jayana Pa- riſiensia hic legunt, Habitatio autem filiorum Iſrael. QUI manerunt in Agypto, fuit 450. annorum; ubi alia ejusdem editionis exemplaria

habent;

habent; *Habitationis filiorum Israël.* QUA man-
serunt in *Egypto*. Quæ posterior relativi pro-
nominiis acceptio, *χρονία* determinans, man-
sioni Israelitarum in *Egypto*, ipsorum 430.
annorum moram assignat; quæ tota parte di-
midia briefer fuisse ostendetur. Quod incom-
modum prior illa explicatio (quam ut aptio-
rem textus originalis interpretationem, non ut
veriore vulgatae editionis Latinæ lectionem
proponimus) secum non adfert; *προσωρικής*
tantum nobis exhibens five descriptionem eo-
rum quorum universa *μετανομάσθησαν*, five peregrina-
tio, ab anno 76. patris Abrahami cœpta,
inde ad egressum ex *Egypto* usque 430. anno-
rum spatio est continuata.

Eam autem Israelitarum descriptionem ab
Egypti tantum incolatu petendam, Moses cen-
suit: quod illa parrum in Chananza peregrinatio
& paucorum hominum extiterit, & inter-
rupta fuerit aliquoties, & minus in oculis homi-
num incurrit; cum essent ipsi numero modici,
paucissimi & inquilini in ea, & pertransi-
erent de gente in gentem, & de regno ad popu-
lum alterum; (Pl. CV. 12. 13.) hac vero filio-
rum, in *Egypto* ingentem hominum multitudinem
complexa, stabilis fuerit & apud omnes
gentes celebratissima. Nam habitatio Hebreorum
in *Egypto*, tribus rebus fuit valde insignita
& nobilitata: ut à Peterio hic est annota-
tum. Primum enim Joleph eo tempore summo
cum imperio univerlam *Egyptum* per octoginta
annos gubernavit, & eo tempore magna in
prosperitate fuerunt Hebrei. Deinde, post
mortem Josephi, per insigne & admiranda fuit
multiplicatio Hebreorum, licet laboriosissimā
servitutem affligerentur ab *Egyptiis*. Denique,
liberationem eorum, atque exitum ex *Egypto*,
tot & tanta tunc facta prodigia, valde memo-
rabilem & admirabilem reddiderunt.

Thomas Stapletonus in Antidotis suis Apo-
stolicis, ad Act. VII. 6. queritur, omnes horum
temporum hereticos, *Rabbinorum positus calculo*,
quam aperta Scriptura subscribere, circa anno-
rum numerum quibus filii Israhel in *Egypto* ver-
sabantur; quos per totos 430. annos ibi ver-
satos fuisse, ille afferit.

In cuius sententia rejectione, cum omnibus
horum temporum (quos illi appellant libuit)
Hereticis, omnes proptermodum omnium tem-
porum scriptores *Catholicos* consenserit conve-
nisset: si vel veritatis inquisitione ipse studi-
set, vel Lyranum saltem summum, in presentem
Exodilocus sic scribentem, consuluisset. Ma-
nifestum est, non manesse in *Egypto* Hebreos
quadragesitis trigesita annis. Sed iste numerus
annorum incepit, secundum Doctores *CATHO-
LICOS*, ab eo tempore, quo Abram ex *Meso-
potamia* primum venit in terram Chanaan; in
qua ipse & filii ejus habitaverunt tanquam pe-
regrini usque ad descensum in *Egyptum*. Sed
Stapletonus Genebrardum magistrum hic se-
qui maluit: quem absque ullo vel magistro vel
suffragatore, opinionem initio evulgare fuisse
ausum, ipsummet hisce verbis profitementem po-
truisset animadvertere. ^b Cum ista in primisedi-
tionibus annotabam, carebam quidem Latino,

aut Greco suffragatore: at postea reperi Augu-
stinum Eugubinum in cap. 12. Exodi, in ea ver-
sari sententia. Quam tamen tum aliorum veter-
um, (ex Augustini quæstione 47. in Exodum;
tum antiquissimi Theophili Antiocheni, in li-
bro tertio ad Autolycam, & Clementis etiam
Alexandrini (ut videtur) in libro 1. Stromatum
fuisse sententiam compertimus.

Verum ab Abraham in Chananza & non
à Jacobi in *Egyptum* migratione 430. anno-
rum exordium else capendum ostendunt argu-
menta: quorum

Primum, non ab Hebreis solum, in Seder
Olam Rabbæ cap. 3. & in commentaris ad
Genes. XV. & Exod. XII. sed etiam à nostris,
Augustino quest. 47. in Exod. Sedilio in Ga-
lat. III. Beda in libro de 6. statibus Mundi, &
aliis productum, est hujusmodi Kohath five
Caah, filius Levi, cum avo suo Jacobo descen-
dit in *Egyptum* (Genes. XLVI. 11.) Hujus
vitæ anni fuerunt, 133. filii vero ejus Amrami,
anni 137. (Exod. VI. 18. 20.) Filius Amrami
Moses 80 fuit annorum, quum libertandi el-
sent Israelite à servitute *Egyptiacâ* (Exod. VII.
7.) Hi omnes anni simul juncti 350. tantum
summam conficiunt, ex qua detrahendi etiam
anni sunt, tum quos Caath post natum Amra-
mum, tum quos Amramus egit post natum Mo-
sem, simul cum iis etiam quos ante descensum
in *Egyptum* exegit ipse Caath: ne iidem anni
bis numerentur. Ex quibus manifeste collig-
tur, commemorationem Israelitanum in *Egypto*
annorum 430. else non potuisse. Duo quidem
contra opponit Genebrardus: sed que Thad-
deo Duno sectatori suo adeo non satisfec-
runt, ut agnoverit restare hic difficultatem longe
maximam & forte insuperabilem. Oppositiones
tamen illas, quales sunt, non tacebimus: sed
Benedicti Pererii responsionibus comitatas, hic
subjiciemus.

Ait primo, cum dicitur, anni vita Amram
fuisse, 137. non else intelligendum hoc de om-
nibus annis totius vita ejus; sed de annis vita,
quam agebat ^a cum amissit patrem, aut cum ge-
nuit filios. At quis non videt, (inquit Pe-
rius) istud interpretamentum violentum else «
& contrarium consuetudini loquendi Sciri-
ptura? Cum enim ea recenset annos vita ali-
cujus simpliciter & preceise, ut facit in com-
memorando annos vita Caath & Amream, a
hand dubio loquitur de totius vita annis: cu-
jus rei tot sunt exempla in sacris libris, & ita
paucim obvia, ut legenti ea perspicuum &
indubitatum futurum sit quod dixi. Sic Pe-
rius. Duo vero Torniellus hic opponit:
primo, non else sufficientem ejus respon-
sionem.

Ait secundo Genebrardus, inter Caath &
Amram, & inter Amram & Mosem, interve-
niisse alias personas prætermissas in libro Exo-
di: sicut Matthæus, in describendo genealo-
giam Salvatoris, dicens quod Ioram genuit
Oziam, intermisit tres reges intermedios, O-
choziam, & Joas, & Amasiam. Sed id profe-
cto gratus ab eo else dictum, recte respondet
Pererius. Nulla enim (inquit) ratione a
ostendi

^a Peter. in
Exod. c. 12.
disput. 19.
num. 11.

^b Genebrard.
Chronogr.
lib. 1.

» ostendi potest, fuisse intermedios aliquos
» homines inter Caath & Amram, vel inter
» Amram & Mosem. Ubicumque enim Scri-
» ptura istam progeniem Levi recenset, sem-
» per facit ipsum Amram proxime succedere
» ipsi Caath, & Mosem & Aaron ipsi Amram.
» Tres autem illos reges pretermisso fuisse à
» Matthæo, propterea vere dicitur, quia li-
» quido id constat ex libro Regum, & ex li-
» bri Paralypomenon; in quibus libris regum
» illorum scripta est historia. Ita Peretius.
Et vero (ut de Josepho, in libro 1. Antiq. cap. 5.
Mosem ab Abraham sepeimum numerante ni-
hil dicamus) ipsum Mosem, aut quis avus suis
fuisse ignorare potuisse, aut si scirecet Gene-
alogia sua præterite nomen ejus voluisse, quis
animus ut credit poterit inducere? Quos sco-
pulos Abrahamus Frisius, Jacobus Auzolæus,
& Nicolaus Abramus ut devitarent, Cahathum
in Ægypto fuisse natum, dicere maluerunt; in eo-
rum decedendo sententiam qui contra expressa
Mosis verba contendunt, non omnes qui Genes.
XLVI. recensentur, jam natos fuisse, cum Iacob
in Ægyptum descendenter; de qua in cap. X. plu-
ribus a nobis erit agendum.

Secundum argumentum à generatione Jochebedæ matris Mosis deducitur, quæ ipsius Patriarchæ Levi fuit filia. Unde in Exod. VI. 1. Amram uxorem accepisse dicitur Jochebedam
נָתַתִּי אֶתְּנָתֵן, R. Solamo Jarchi, Abu-
lensis, Cajetanus, Pagninus, Stenches, Lipomanus,
Driedo, Oleaster, recte sunt interpretati. Licer enim editio vulgata Latina patru-
lem, & Græca τον Ιωακεμοντα, ειπεντεπτην, φίλιαν fratris
sui, hic reddat: priorem tamen explicationem
preferendam esse, ipsius Mosis verba illa ostendunt. Nu.
XVI. 59. *Nomen uxoris Amrami Jochebeda filia Levi, quoniam ipsam Levi in Ægypto pe-
perit* mater illius: hoc enim subaudiendum fœ-
mininū illud verbum indicat, לְלֹא שָׁעַל
similique evincit, frustra vim loci hujus eludere.
Salianum & Bonfretium fuisse conatos, dicen-
do eodē modo Jochebedam diçam fuisse filiam
Levi quo Ephraim & Manasses dicuntur filii
Jacob, Christus Dominus filius David, omnes
Levitæ filii Levi, & Elizabeth (Luc. I. 17.) una de
filialibus Aaron. Porro ex annis 137. quos vixit
Levi, (Exod. VI. 16.) juxta nostras rationes in
Ægypto acti sunt 87. juxta Aliorum 93. circiter.
Anni 93. juncti annis 80. quos tempore Exodi
agebat Moses, (Exod. VII. 7.) efficiunt 173.
qui à 430. subducti 257. relinquent: quot sal-
tem annorum, admissa Genebrardi sententia,
Jochebedam esse oportet, quo tempore Mo-
sem peperit; etiam si ipso 137. Levi patris anno
genitus fuisse ponemus: quoniam juxta no-
stram Chronologiam, Jochebedam annos centum
natus gignere potuisse Levi, ætate minor
quam Jacobus pater, quoniam suscepit Benjamini;
Jochebeda 85. annorum, quoniam Mosem
peperit.

Tertium argumentum suppediat ætatis Hes-
ronis consideratio, quem infantem cum Ja-
cob in Ægyptum fuisse deductum in capite
X. ostendemos: ille sexagenarius duxit filiam
Machiris filii Manassis, quæ Segubum illi pe-
perit.

perit. (i. Chr. II. 21.) cujas finum Jairen, anno
40. post exodum villas Bashanis, & regionem
occupavisse ex Mose constat (Num XXXII.
41. Deuter. III. 14.) Unde consequitur, ex
nostra etiam hypothesi, quæ moram Israelita-
num in Ægypto constituit, plures quam 404.
essent illi adscribendi.

Quarum argumentum ex genealogia sedicio-
rum, Coræ, Dathanis & Abiram est desum-
ptum: quorum avos cum Iacobo in Ægyptum
descendisse, ex Genes. XLVI. 9. 11. liquet. Ut
enim Cahath Levi filius de Amrano Mosem;
ita & ex Izahare nepotem habuit contradicto-
rem illius Coram; similiquemodo, Ruben fi-
lius Pallus ex Eliabo nepotes suscepit Coræ fa-
tilites, Dathanem & Abiram (Numer. XVI.
1. & XXV. 8. 9.) Quæ unius tantum progeni-
ei, inter descendentes in Ægyptum, & à terrâ in
deserto absorptos, interpositio, manifestum fa-
cit morte in Ægypto annos 430. tribui omnino
non posse.

Quinum argumentum, à paraphrastica ver-
borum Mosis explicazione est petitum, quæ in
Græcia Biblis, Exod. XII. 40. Ita sese habet.
H. 3. μετάντερ τῷ νῦν ἔογεντα, τὸ παρόνταντον ἐν
τῷ Αἰγύπτῳ, καὶ τὸ παρόντα, ἀντὶ τοῦ αὐτοῖς αὐτῶν,
ἐν τηρησαντα τελεοντα. *Peregrinatio filiorum Is-
rael, quæ peregrinati sunt in terra Ægypti, &
in terra Chanaan, ipsi & patres eorum, anno
CCCCXXX, ubi illud, ἀντὶ τοῦ αὐτοῖς αὐτῶν,
ipsi & patres eorum, in Romano τῷ LXX. co-
dice, (librarii vitio,) desideratur; quod tamen
in Alexandrino nolto (non minoris antiqui-
tatis exemplare) ut & in editione Complutensi &
Aldina, atque aliis omnibus (ex Romano non ex-
pressis) eodē hic modo legitur, quo ab Eusebio in
Chronico, Quinto Iulio Hilarione in libello de
Mundi duratione, Augustino quæst. 47. in Exo-
dum, Sedilio in Galat. 3. & veterum aliis habe-
tur etiam citatum. Sed & ipsi apostolorum tem-
poribus Dositius alia Pentateuchi loca quam-
plurima, sic & præsens hoc ex Græcā editione
similiter interpolatum Samaritis suis tradidit.
וְשָׁבֵת כִּי שָׁרָאֵל וְאֶבֶן אֶשְׁר שְׁתַּחַת כְּרֻזְצָה וְכָרְזָה
סִירָם שְׁלָמִיט שְׁנָה וְאֶרְכָּן כְּחוֹת שְׁנָה
*Peregrinatio antem filiorum Israel & patrum eorum,
qua commorari sunt in terra Chanaan & in
terra Ægypti, sunt quadingentorum & trigeni-
ta annorum.**

Ex his liquet, quantum Nicolaus Abra-
mus operam hic luserit, dum ex illa unius
Romani codicis ab aliis discrepantia conjectu-
ram propedium certam duci posse existimat,
non modo, ἀντὶ τοῦ αὐτοῖς αὐτῶν, (quod so-
lum, properantis librarii vitio, à Romano
exemplari aberat) sed etiam, καὶ τὸ παρόντα,
aliquid esse sibi quam glossema, quod initio mar-
gini adscriptum, lapsu temporis in contextum
irreperit: aut certe plagulam quandam ex
translationibus affutam: quod posterius, non
minus inani opera, ex Hieronymi in librum
Paralypomenon præfatione adstruere ille nitit-
tut: in qua, Oigenes dicitur in editione LXX.
Interpretum Theodotionis editionem miscuisse,
asterisco videlicet designans quæ minus fue-
rant, virgulis quæ ex superfluo videbantur

Ibid.
cap. 7.

*Sexuum argumentum ab insigni illo testi-
monio beati Pauli, Galat. III. 17. est desum-
ptum. Tertio à alijs, Namulus episcopus palmarum i-
tū sūt sit 1500, o' uero in reperiora & reserata
scriptis ious sūt à ducentis, itc tū vixit, nū dū ē
possidit. Hoc autem dico Pactionem a Deo pri-
fancitam, respicientem in Christum, qui po-
quadringenitos & trigesita annos exitit, irri-
tam non facit, ut evanidam reddat illam pro-
missionem. Ubi à promissione facta Abraha-
mo, de benedicendis in ipso omnibus tribu-
terra, [Gen. XII. 3. cum Gal. III. 8. 14.] usq[ue]
ad legem, datam post egressionem Israelita-
rum ex Ægypto mense tertio, [Exod. XIX.
1. 16.] Iubnos 430. Apostolus dinumerat. Unde
ad anni Abrahami LXXVI. exordium, anno
dat Eusebii in Chronicō. Primus annus re-
promissionis Dei ad Abraham: à quo usque ad
Moysen, & egressum gentis Hebreorum ex Æ-
gypto, suppulantur anni CCCCCXXX. quo-
rum meminit Paulus. Et cum eo Augustinus
lib. 19. de Civitate Dei cap. 24. Computantur ab
anno sepuagésimo & quinto Abrahe quando ad
eum facta est prima promissio, usque ad exi-
tur Israhel ex Ægypto: 430. anni; quorum Apo-
stolus meminit. & quest. 47. in Exod. Ex illa
vocatione qua vocatus est Abraham & cre-
ditit Deo, post 430. an. factum legit dicit Apo-
stolus; non ex eo tempore, quo Jacob intravit in
Ægyptum.*

Atqui, si Genebrard, hic audire volumus, nos in Pauli verbis illud [post] non referuntur ad promissionem Abrabæ, sed ad legem qua data est post 430. annos quam Hebrei venerant in Ægyptum, quasi dicat Paulus: Lex quo post 430. annos facta legitur, Exodi capite 12. Testamentum Dei, prius Abrabæ factum, non potest irritum facere. Cui bene respondet, Peterius, robur argumentationis Paulinæ pendere à tempore promissionis Abrabæ, non autem à tempore habitationis Hebreorum in Ægypto, cuius nempe nec ullam ibi significationem facit Paulus; nec ea juvat consilium & propositum Pauli. Sic enim illum argumentari. Deus Abrabæ promisit fore, ut in semine ejus, hoc est, in Christo

benedicentur omnes gentes; quae promissio facta est 430. annis priusquam daretur lex: nec lex tanio post data infirmare atque irritam facere potuit promissionem illam Dei. Ergo benedictio, & salus omnium gentium, non a lege sed a Christo speranda & petenda est. Vide & Torniellum, ad an. Mundi 239. num. 15.

At nihil prohibere hic objectat, & Nicolaus Abramus, ut Paulum dicamus argumentari ad hominem, ut loquantur, & scribentem ad Galatas, non ex sua, sed ex eorum sensu, ex LXX. Seniorum codicibus, prout usu publico viritim terrebantur, hunc annorum numerum protulisse. Sed si revera credidit Nicol. glosse illud, de quo dixerat, Apostolorum tempore in editione LXX. Seniorum fuisse receptum: quia rationis specie suspicari potuit, ex Theodotio. nis interpretatione illud ab Origene ipsorum editioni fuisse assutum, quum eorum utrumque post Apostolorum tempora vixisse nemo nefciat. Et si Paulus credidisset cum Nicola, inter Promissionem & legem 645. annorum spatium intercessisse; nulla secundum hominem argumentandi ratio requirebat, ut minorem ille numerum exprimeret: quum vi argumen- tis ipsius nihil decederet, si multis annis ante legem promulgatam, Abraham promis- sionem fuisse factam, indefinite pronun- ciasset.

Itaque huic refugio non satis confisus Jesuita,
ad alterum hoc recurrendum sibi putavit. Non
autem Apostolus annis 430. post promissiones di-
ctas Abramam, latam esse legem, sed post testa-
mentum confirmatum à Deo. Confirmari parro
dicitur non cum primis veluti sintis informatur,
promittitur, aut etiam prima conditum, sed cum
informatum & conditum ante fuerat, ierata
testatoris voluntate renovatur. Postremam ve-
ro testamenti confirmationem, quæ prius
quam Deus Moysi loqueretur, narrari facta
Patriarchis, eam promissionem fuisse affirmat,
qua Jacobo in Ægyptum profecturo, Genel.
XLVI. 4. hisce verbis facta fuisse legitur. Ego
descendantem tecum, & inde adducam te huc rever-
tentem. Quum, simul cum illa que immediate
præcesserat, In gentem magnam ponam te. Ibi
Regnerus Barellius, vel quicunque fuit author
Problematum Harmonia Chronologica in Ge-
nesim, Dissertatione 4. num. 21. & 22. affirmit
esse omnium Promissionum tribus Patriarchis
factarum complementum: & quicquid priores
omnes sigillatim, id hanc simul uno complexu
conjunctim comprehendit. Cui aliud nihil op-
ponere hic fuerit opus, quam quod ab ipso Ni-
colao Abramo postea habetur objectum. Lo-
quitur enim Apostolus (ut ille bene observat)
non de qualibet promissione, sed de promis-
sione quæ in omnes gentes redundat: ut in
Gentibus benedictio Abrama fieret in Christo
Iesu; ut pollicitationem Spiritus accipiamus
per fidem. [Galat. III. 14.] quam in pollicita-
tionibus Jacobo in Ægyptum cum tota fami-
lia migranti factis, ne verbum quidem appa-
rebat, quod secundum litteram videri possit ad
vocationem & benedictionem omnium gen-
tium pertinere.

Perer. ut
supr.nu. 114

^a Petri. de
dicit. temp.
10. cap. 24.

^b Abram. ut
Ioseph. cap. 16.

Recte igitur omnino statuit Dionysius Petavius; ^c Paulum manifeste de primâ illâ i^may-
janâ loqui, que anno Abraami LXXV facta
est: que & apud Patres, & Chronologos celebre-
rissima est; ut ex Eusebii Chronicâ liquet, qui ab
eâ sapientia titulum dicit annorum. Cujus senten-
tiam ita hic oppugnat ^d Nicolaus noster, ut falsa
nixus hypothesi, in ipsum Apostolum eudat
fabam, quem, argumenti sui vim, in longinquitate
temporis inter confirmatum à Deo testa-
mentum legemque latam intercepti ponen-
tem, loqui debuisse ait, non de prima illa pro-
missione, sed de postrema & novissima, condicione
sive confirmatione testamenti. Alioquin,
(inquit) parum solide ex sophistice procederes,
peccime ratiocinaretur, & ne secundum hominem
quidem, id est humano more loqueretur. Testa-
mentum enim ab ea testatoria voluntate vim ha-
bet, que postrema innovuit, unde & suprema
voluntas dicitur: & quidem inter homines, ut
notat Apostolus, ad Hebr. IX. 16. testamentum
in mortuis confirmatum est: aliquo non valet
dum vivit qui testatus est. Quali vero dia-
ximus vocabulum, quod à vulgato Latino inter-
pretare Testamentum reddi solet, supremam te-
statoria voluntatem semper denotaret; & non
frequenter usu nra Hebraico responderet,
quod LXX. (quorum loquendi genere uti solent
Apostoli) διατάξις, Aquila vero & Sym-
machus μονογένελος, id est, pactum interpretati-
lunt. Et in loco quidem ad Hebreos, ubi de
Christo, sua morte novum fœdus nobis san-
ciente, agitur, restrictior illa vocis significatio
vocum habet: sed Generalior illa altera in præ-
senti ad Galatas loco, ubi de Dei Patris pro-
missione agitur, in quo primæ & supremæ vol-
untatis nullum admitti potest discrimen. Per
σταύρωσιν igitur πονηρωποιόθελον τοῦ θεοῦ, nihil
aliud intellexit Apostolus, quam paucum illud
gratuitum quod cum Abraham Deus primum
init, atque ineundo sancivit, ratumque &
authenticum effecit; subsequentibus ejusdem re-
petitionibus nihil amplioris authoritatis primæ
væ promissioni adjacentibus.

Sed objicit rufus Nicolai, Apostolum
aperire testamenti confirmationem ab illa prima
promissione discriminare: nam si idem est confir-
matum testamentum quod promissio, ridicula erit,
(inquit ille) incepit, & puto redundant oratio.
Quia enim nisi planabitur ita loqueretur?
Lex non irritum facit testamentum confirmatum
à Deo, ad irritandum testamentum à Deo con-
firmatum; vel, Lex non evacuat promissionem, ad
evacuandam promissionem. Et istas sane Nicolai
locutiones, eadem idem verbis plurquam pu-
tide iterantes, plane nugatorias esse facile con-
cedimus: cum in eo quod utitur Apostolus lo-
quendi modo, posterius membrum prioris ex-
plicationem contineat; & simplicem Dei pro-
missionem, pro pactione satis in se Authentica
habendam esse, nos odoceat.

Loco Exodi, cuius genuinam explicationem
haec tenus tutati sumus, affinis est prædictio illa
Abraham à Deo facta, Genef. XV. 13. A&t.
VII. 6. Scito pranoscens quod peregrinum fu-
rum sit semen tuum in terrâ non sùa, & subji-

ciet eos servitus & affligeret eos quadringentis
annis. Ubi per terram non suam Genebrardus
Ægyptum intelligit, in qua Abrahams pos-
teros peregrinatos fuisse per annos 430. existi-
mat; rotunda 400. annorum summa, (fractis
numeris prætermis,) hic expressos. Senit
idem & Stapletonus: de quo, in commentariis
ad dictum Actorum locum, Johannes Lorinus.
Gravis hallucinatur quam ceteri Stapletonus,
in Anisidotis ad hunc locum Altuum, volens ro-
tos quadringentos annos consumptos esse in Æ-
gyptiacâ habitatione, atque etiam afflictione.
Non fuit opus valentibus antidoto, aut si quo
modo hac in re male Haretici valerent, non la-
borarent morbo heres: cum circa Fideli pericu-
lum hujusmodi res varie à Catholicis discutian-
tur. Alphonus Cumitanus (ab eodem Lorino
ibidem productus) adhuc incepit, annos qui
dem 430. à promissione Abraham facta acce-
pit, 400. vero ab ingressu Jacobi in Ægyptum:
quem tamen 115. annis ipsa morte Abrahami
posteriorem fuisse constat. Autore Proble-
matum Harmonia Chronologicæ, in Disserta-
tione illa 4. num. 3. Israëlitarum commoratio-
ni in terra Ægypti annos 430. cum Genebrar-
do & Stapletono tribuens, 400. durissimæ ser-
vitutis & afflictionis eorum annos à morte Le-
vi, (Exod. VI. 16.) inchoat, & ad tempus quo
deleci septem Gentibus plenarie terram Chan-
anis hæreditatum illi possederunt, extendit.

Sed longe major & sanior Chronologorum
pars, per terram non suam tum Chananæam
tum Ægyptum hic designari afferit: & 400.
hosce annos à primis Ilaci annis incipit, in
quo benedictum Abraham semen vocari cœ-
ptum est. (Genef. XX. 12. Rom. IX. 7. Hebr.
XI. 20.) ita ut intra illud spatium totius etiam
peregrinationis, non servitutis tantum & affli-
ctionis (que in extremis illius annis contigit)
tempus complectatur. In his enim verbis, ut
tum ab aliis, tum à Périco est observatum, tria
continentur, quorum unum est, peregrina-
tio semen Abrahæ in terra non sua, alterum
servitus, tertium afflito. Tempus itaque in
illorum 400. annorum non competit in
quodlibet illorum trium disjunctè ac sepa-
ratim, sed in tria illa conjuncte; quod illa
tria eventura essent & complenda intra spa-
tium 400. annorum. Ergo sensus illorum
verborum Domini ad Abraham, hic est. Se-
men tuum, priusquam veniat ad possiden-
dum terram Chanaæam, tibi & illi promis-
sum, transfiger 400. annos: in quo tempo-
ris spacio, & peregrinabitur in terra alie-
na; & aliquandiu etiam durâ servitute affli-
getur.

Quod vero hic Abramii semen peregrinatu-
rum fuisse dicitur בְּנֵי יִשְׂרָאֵל in terrâ non sùa
bi, vel sùa, (ut in editione vulgata Latina re-
ctissime est expressum) id de terra non ipsi
debita, non promissa, non destinata, accipi dun-
vult Nicolaus Abramus; ne Chanaæa sub ea
comprehendi posse putetur, quum simplicissi-
mo ac maxime germano sensu in vulgata Gra-
ca Mosis versione, in terrâ non propria, εἰς γῆν
ιδίαν, in novo Testam. A&t. VII. 6. εἰς γῆν ἀμερι-

^e Cumian
num. 1. con-
clat. 22.

^f Perer. in
Exod. cap. 1.
disput. 6. nu-
m. 29.

^g ut sapr.
cap. 22.

V. Oeconom. in AG-
7. 6. & Ca-
ten. Graec. in
Gen. 15.

in terra aliena, illud habeatur expositum. Ubi in primis observandum recte notavit Eustathius, ἐτιώτις εἰς τὸν Αἴγυπτον ἀπό της γῆς αἰδονείας εἶναι τὸν μεγάλον τὸν Αἴγυπτον, quod non dixerit in Αἴγυπτον, sed in terra aliena peregrinum erit semen Abrabah. Αἰδονεία δὲ τοῦ Αἴγυπτου τὸν μεγάλον τὸν Αἴγυπτον, καὶ τὸν μεγάλον τὸν Ισραήλ τὸν μεγάλον τὸν Αἴγυπτον. Alienam autem fuit terra Chanaan, quam incolebat Isaac semen Abrabah.

At Nicolaus contra hic objicit: cum Deus post eis Abrabami terram Chanaan promisisset, jamque illi, si nondum jus in re, ut loquuntur, sicutem jus ad rem suum tempore possidendum habent; terram Chanaan magis eorum dici potuisse, quam non eorum, verbiisque illis Dei ad Jacobum, Genet. XXXI. 5. Revertere in terram patrum tuorum, rem totam confectam putat: conclusio inde deducita chronologis insultans. Igitur Dei iudicio terra Chanaan Abrabah & seminis eius fuit; Chronologorum interpretatione non fuit. Verum mentem suam satis explicavit idem ipse Deus quoniam patribus illis daturum se dixit terram Chanaanis, terram peregrinationum ipsorum, in qua peregrinabantur. (Exod. VI. 4.) Quomodo & Isaac filio Jacobo optavit, ut hereditario jure possideret terram peregrinationum suarum quam Deus dedit Abrabamo. (Genet. XXVIII. 4.) Similiterque de Jacobo & Esavo legimus, quoniam utrumque ob armentorum multitudinem terra peregrinationum ipsorum, capere non posset, Esavum quidem (sive Edomum) cum tota sua familia in monte Seir habitavisse, quia regio deinceps terra possessionis Edomitorum fuerit habita; Jacobum vero habitavisse in terra peregrinationis patris sui, in terra Chanaan. (Gen. XXXVI. 7. 8. 43. & XXXVII. 1.) quae in Chananiorum respectu possessionis & κτησίου, ita & Jacobi (Genet. XXX. 15.) & reliquorum Hebreorum terra fuit, (Genet. XL. 15.) respectu incolatus & κτησίου. Quamobrem & Apostolus in Hebr. XI. 8. scribens, Πίστει κατέκλιθος Αἴγυπτον ἔγενετο τὸν τόπον ὃν μετὰ καὶ τὸν κανεφατα. Per fidem vocatus Abrabam anservavit, ut existet ad locum illum quem accepturus erat in hereditatem: cum illo tamen jure ad rem suo tempore possidendum, consistere potuisse præsentem peregrinationem in terra aliena statim ostendit; in versu proxime sequente de eodem subjiciens, πίστει κατέκλιθος εἰς τὸν κανεφαταν, εἰς καλύπτει κανεφατα μετὰ τὸν τόπον τὸν κανεφαταν ἔγενετο τὸν τόπον. Per fidem peregrinatus est in terra promissionis ut aliena, in tabernaculis habitans cum Isaac & Jacob coheredibus ejusdem promissionis. Ut dubitare nemini jam licet, Isaac & ejus posteris in Chananæa commorantibus, divini illa verba oraculi Abrabamo facti, convenire posse: ἐτιώτις τὸν μεγάλον τὸν μεγάλον τὸν γῆν αἰδονείας. Quod semen illius peregrinum futurum est in terra aliena.

Sed & hoc præterea à Nicolao objicitur. De illa terra loquitur duxaxat Deus, de qua post servitutem egressi sunt cum magna substantia. Nos vero ut ex Αἴγυπτῳ, non ē Chananæa, ita eos fuisse egestos, facile concedimus; ita quod

pro confesso hic ab eo sumitur, de illa terra duxaxat loqui Deum, unde illi sunt egressi, plane pernegamus. Quid in Chanangam deinde illi tendebant, ex illis oraculi verbis probat, Generatione autem quartia revertentur HUC; concluditque, ut egressum ab ingressu, professionem à reditu, sic Αἴγυπτum (non eorum terram) à Chananaæa (eorum terra) distinguunt. At qui status peregrinationis seminis Abrabah hic praedictus, à statu servitutis & afflictionis distinguendus primum fuerat, & prior ad Chananaæamque ac Αἴγυπtam, posterior ad solam Αἴγypti terram referendus. Licit enim in posteriore hoc statu, egressum ab ingressu, professionem à reditu, Αἴγyptum à Chananaæa, distinguendam esse libenter agnoscamus: nihil tam id obstat quo minus in priore, seminis peregrinationi in terrâ non suâ Chananaæam & Αἴgyptum coniunctim assignare valeamus.

Ad Achioris denique Ammonite verba, de Hebreis in Αἴgypto per annos 400. tantopere multiplicatis, quæ in libri Judithæ capite V. 9. tam multis ab ea urgentur, breviter respondemus: in Graeco non haberi, & à Chaldaico editore, ex loco Genet. XV. minus attente considerato, fuisse adjecta; eodem modo quo à Josepho, libro secundo Antiquit. cap. 5. idem 400. annorum spatio vexati fuisse dicuntur, quos tamen in proxime in sequente capitulo 215. tantum annorum moram ibi fecisse, idem ipse comperit. Vide apud Torniellum plura, ad annum Mundi 229. num. 17.

Et haec tenus quidem Nicolaus pro Genebrando suo strenue depugnavit: sed tandem illum & deserens, ad Thaddæi Duni calstra transit, qui 400. annorum initium non à descensu Jacobi, sed à venditione & abductione Iosephi in Αἴgyptum, ducit: quo tempore promissionem illam Genet. XXXV. 11. 12. uterque, Jacobo factam fuisse affirmit; & confluxamat fuisse promissionis confirmationem, à Paulo commemorata exigitur. Ego sum Deus omnipotens: Cresce & multiplicare? Gens & cœns gentium erit ex te: & reges e lumbis tuis egredientur. Et terram quam dedi Abrabamo & Isaac, tibi dabo eam: & semini tuo post te dabo terram hanc. Verum hanc promissionem ante nativitatem Benjamini dictam fuisse constat: quam ipsam aliquot annis venditione Iosephi fuisse priorem, in capite X. postea videbimus. Et si eo quo illi volunt tempore dicta et fuisse, ad locum tamen Apostoli nihil omnino facerent; quæ de promissione, non Jacobo sed Abrabamo edita, locutum fuisse constat. Tichonius Donatista, in Regula quinta annorum illorum 430. exordium à regno (ut ille appellat) sive proregia dignitate Iosephi arcet: cuius annis 80. exactis, servitutem & afflictionem Israëtarum cœpisse putat, & per 350. annos duravit; quos Deus (Genet. XV. 13.) synecdochice 400. dixerit. Sed quia tam hæc quam Thaddæi Duni opinio, iisdem quibus illa Genebrardi refellitur argumentis; ulteriore utriusque examine Lectorem fatigare nolumus.

CAP.

CAP. IX.

De duplice Abrahami vocatione, ex Vre Chaldaeorum & Charane, & temporis spatio inter utramque interposito. A posteriori incipiendo anno 430. peregrinationis Hebreorum, quum, 75. fuisset ille annorum; non quum aut 70. aut etiam 76. 85. 90. vel 100.

NON ab Israëlis & totius familie sua defensione in Ägyptum, multoque minus à Jofephi vel venditione vel sublimatione, sed à patris Abrahami & suorum peregrinatione in terra Chanaanitide, 430. Israëlitica peregrinationis annos fuisse ducentos, in præcedente capite est ostensum. Cum iis nobis nunc agendum est, qui sub Abrahamo quidem epocham hanc constituendam esse agnoscunt; sed vel ante ejus è Charane in Chanaan profectio- nem, vel post eam alio quam nobis constitutum est tempore, figendam eam esse statuerunt.

Priore sententiam amplectus est quintus Julius Hilarion: in libello de Mundi duratio- ne, ita hac de re scribens. *Abraham annorum LXX. de terra sua profectus est in Carram. A peregrinatione Abrabe usque ad profectionem Israël ex Ägypto ad eremum, anni sunt CCCCXXX. quos & in ipsa Ägypto annos CCX. egisse, postea adjicit. Eadem est & Hebreorum sententia, in Seder Olam Rabba, cap. 1. & 3. Mechilta Rabbah, El Phara, Schemoth Rabbah, & Tanchuma, Schemoth, Chaldaicā paraphraſi Jonathani in Exod. XII. 40. (quemadmodum à R. Azaria in Meor enajim habetur annotatum: ut & in Cabbala historica R. Abrahā, & vulgarī Judæorum Computo. Eandemque ex recentioribus fecuti simul Cajetanus, Naclantus, Genebrardus, Arias Montanus, Bonfrerius, Bibliander, Beza, Tremellius, Vignarius, Temporarius, Capellus, Lydiatus, Lansbergius, Pawellus & alii. In ea vero afferenda p̄cipuum posuerunt operam, Thomas Pius in Clepsydra sua Anglice conscripta, & Henricus Harvillæus sub finem scđt. 43. tertia temporis Periodi; quorum prior, probationes à se productas, & matutino Solis iubare clariiores, & quam ut ab hominum vel autoritate vel argumentis infringi possint validiores esse opinatur: posterior, multo modeſtius, ceteris sententiis probabiliorem hanc esse concludit.*

Ad ista discernenda, primo, cum Chrysostomo, & Abulensi, & alii, notandum est, Abrahā in Scripturā vocationem haberi geminam: unam Ure Chaldaeorum, patre adhuc vivente; (Gen. XV. 7. Josu. XXIV. 2. 3. Nehem. IX. 7. Act. VII. 2. 3. 4.) alteram Charane, post Thara patris excessum, factam. (Gen. XII. 1. 4. Act. VII. 4.) Priori vocationi obtemperavisse Abrahamum, illis verbis Act. VII. 4. docet protomartyr Stephanus: *Tunc egressus ille est ex terra Chaldaeorum. Posteriori, Gen. XII. 4. Moses. Egressus est ita-*

que Abram sicut precepérat illi Dominus, & fuit cum eo Lot: & sep̄aginta quinque anno rum erat Abram quād egrederetur Charane. Conrado enim Pawello neminem hic assensum existimo: qui in quarto sue Scopulo, (in quem, cum aliis nautis Tremellium etiam & Junium impegis scribit: quos cum ipso tamē constat, primam evangeliū promissionem Abrahamo factam, non 75. sed 70. ejus ætatis anno attribuiſſe) duo hujus versiculi membra ita à se invicem divellit, ut prius ad primam Abrahāmi ex Ure Chaldaeorum, posterius ad secundam ejusdem ex Charane profectionem referat; quam diversam profectionem à priore esse, particulā adversativa. Autem (quae in tex tu tamen originali completivam, Et, sibi habet respondentem) designare autumat. In priore vocatione Thara, qui à Chaldais seductus idolorum cultui se ēmancipaverat, (Josu. XXIV. 2.) intellec̄tā (ex filio) Dei voluntate, & ab idolatriā resp̄iscens, itineris ducem se ēp̄ebuit: afflumpto secum filio Abrahamo, Loto, & nuru Sarā, Ure Chaldaeorum cum iis egressus est, ad proficisciendum in terram Chanaanis. (Gen. XI. 31.) nam, quia ipse erat pater familiæ, ideo migrationis negotium illi adscr̄bitur, non filio familiæ: ut recte in Elencho Pareano scripsit Scaliger. In posteriorē vero, patr̄familias Charane jam mortuo, ipse Abrahamus Sarām & Lotum afflumpſisse, & cum iis recta in terram Chanaanis abiisse, dicitur. (Gen. XXII. 5.)

Observandum secundo est: in utraque vocatione, indefinite à Deo iter suscipiendum præcipi: ad terram quam ipse esset ostensurus: Act. VII. 3. & Gen. XII. 1. & tamen tam in prioris excutione à Thara, (Gen. XI. 31.) tum in in posterioris Abrahamo (Gen. XII. 5.) in Chananaam profectionem memorari institutam: quod varii interpretes variè cum verbis illis Apostoli conciliare nituntur, Hebr. XI. 8. Per fidem vocatus Abraham auscultavit ut abiaret in locum quem accepturnus erat in hereditatem & exiuit, nesciens quo esset venurus. Nam ut præterea quæ hac de re habet Laurentius Codomanus, in Chronologię sue lib. I. capite 3. & Nicolaus Abramus in verbis illis Gen. XI. 31. Tulit itaque Thara filium suum, & Lot filium Haran filium filii sui, & Sarai nūrum suum; & eduxit eos de Vr Chaldaeorum, ut irent in terram Chanaan; venerunque usque Charan, & habitiaverint ibi. Particulam (ut) non causam & intentionem, sed duntaxat eventum rei denotare affirmat, perinde atque si dicere: Eduxit eos de Vr Chaldaeorum, quo factum ut in terram Chanaan perveni. rent. In Charane vero Abrahamum, qui jam ante (quamvis nesciens quō ieret, sed Deo simpliciter obtemperans) à Chaldeā discesserat, iterato divina vocis oraculo, monstra taque sibi terra Chanaan, in eam profectum fuisse dicit, divinis sibi promissionibus destinatam. Ita ille: non obſervans, in secundā quoque illā vocatione indefinite dixisse. Deum, Veni in terram quam monstrabo tibi; (Gen. XII. 1.) neque uspiam significavisse Molem, magis

a. V. Torniel.
anno Mundi
2113.nu.2.

d. Abram. in
Pharo veter.
Tefilam I. 7.
cap. 21.

in Charane monstratum Abrahamo fuisse terram Chanaan, quam in Ure Chaldaeorum. Ideoque, quum de Abrahamo Charane exente dicitur, Genes. XII. 5. (*Tulitque Sarai uxorem suam, & Lot filium fratris suis, universaque substantiam quam possiderant, & animas quas fecerant in Charan: & egressi sunt, uiarent in terram Chanaan.*) in hoc quoque loco, particula [ut] non intentionem, sed rei eventum denotatum dicere potuisset: & eo quidem in hoc, quam in altero illo rectius, quod in hoc intentioni eventus plane responderit, in illo non item; quum doctor itineris Thara, Charane mortua, in Chananaam nunquam pervenerit. Itaque multo rectior est illa. Tornielli explicatio, ad utramque vocationem se extendens; bene fieri potuisse, quod Abraham quando exiuit, sciret Deum velle ut ipse iret in terram Chanaan; sed ne sciret num vellet ipsum ibi requiescere, an etiam ultra ad remotiorem aliquam regionem progrederi, at properea venisse illum in Charan, non animo ibidem sistendi, sed transiendi versus terram Chanaan. certo credentem, quod ibi Dominus monstratus esset terram, ad quam pergere, & in qua morari deberet; quemadmodum mox revera factum fuit; quum enim Sichemum in terra Chanaeae venisset, audit a Domino: *Semini tuo dabo terram hanc.* Gen. XII. 7.

Terio deinde loco est observandum; in posteriore ista migratione speciatim Moselem significasse, fuisse Abramum LXXV. annorum quum proficeretur Charane: (Genes. XII. 4.) addidisse postea, traditam fuisse Abrahamo Hagaram ancillam, exactis decem annis ex quo habitabat in terra Chanaan. Genes. XVI. 5.) Quod non ob aliud finem ab eo factum credere par est, quam ut a migratione Abrahami in Chananaam, initium 430. annorum peregrinationis Israelitarum, qui habitaverunt in Aegypto, arcessendum indicaret: quum & Graeci idcirco (loci illius Exod. XII. 40.) paraphrasit, εγένετο οὐκέτι Χαράν, in terra Αἴγυπτος, & in terra Chanaan, peractam fuisse memorant: quum migrationi ex Ure Chaldaeorum nulla temporis nota habeatur apposita. De estate enim Abraham tempore istius vocationis, (inquit Abulensis) nihil ponit Scriptura, neque ex aliquo loco determinate colligere possumus.

Considerandum quoque quarto & illud est; quum eo animo Utrem Chaldaeorum reliquerit Thara, ut terram Chananaam progerederetur, (Gen. XI. 31.) & Charane subsistens morte sublatus fuerit, postquam Abrahamus iterum a Deo monitus recte inde in Chananaam perrexerit: an non ipsa hujus historia series postulet, ut statuamus senem 205. etatis annum jam agentem, morbo detentum in Charane moram fecisse, indeque vita illius ibidem finita, filium Abrahamum iter in Chananaam cæptum absolvisse; ita ut in unum & eundem annum Abrahami 75. & gemina ipsius vocatio, & inter utramque interjecta mors patris incidere, atque ab inuite demum anno illius 76. tempus peregrinationis ipsius in terra Chanaa-

nis initium ceperit. Quid enim, praeter morbum & corporis infirmitatem, Tharam (quem erga Deum pietas, patrium solum & proprios lares relinquere coegerat (ab incepto itinere petagendo detinere poterat? aut quid præter pietatem erga moribundum parentem (qui religionis causâ, peregrinationis hujus & cometem & ducem illi se adjunxerat) Abrahamum, cuius tam prompta in divinâ vocatione sequendâ tantopere laudatur obedientia, impediare poterat, quo minus recte in Chananaam perget? Nam de Thara, quod vel loci amicitia te captus, ut Aben Ezra) vel in veterem idolatriam relapsus (ut alii sentiunt) in Charane ille manserit, neque filium sequi voluerit, quis persuaderi sibi patiatur? Neque omnino fatis facit, quod de Abraham ab Harvillæ hic obreditur: si prompta illius obedientia non obstat, quin patti suo & alii parentibus comes esset, nec in Chanaan recte profus iret; ita neque obstat debuisse, quin iam extra Chaldeam egressus, cum eodem patre moribundo aliquot annis habitaret. Quasi eodem hic recideret, patrem habere comitem, vel morbo in itinere implicitum per unam hyemem (que ipsa quoque anni tempestas grandevvero seni, etiam si fatus fuisset, ad iter faciendum per se fuisset incommoda) non deserere; & per aliquot annos spatium moram cum eo facere: aut quasi perinde esset, utrum per aliquot menses, an per integrum quinquennium, Tharam moribundum fuisse existimaremus.

Sed monet ille hic advertendum primo, præceptum Dei fuisse magis de exundo ex Chaldaea, quam & recte eundo in aliquam promissam terram: atque ad id probandum, Paulillum, locum producit, Hebr. XI. 8. *Fide qui vocatur Abraham obeyerit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem;* & exiit nescient quo iret. Deinde & illud advertendum esse ait; ex Judith. V. 9. *haberi præceptum agere, ut habaretur in Charan, ac ut exiret de Chaldaea,* Resp. ad 1. Præceptum Dei non magis fuit de exundo ex Ur Chaldaeorum, quam de eundo in terram quam ipse esset monstratus (Act. VII. 3.) non illam utique per quam esset ille transitus, sed in qua ex Dei voluntate esset permanitus, & quam suo tempore posteri ipsius iure hereditario essent possessuri. Quam Chananaam fuisse (licet præficationem eo dirigeret, (Genes. XI. 31.) dum esset in itinere,) plane nescivit: quemadmodum in Observatione 2. ex Torniello iam est dictum ad 2. In lib. Juditha: *consentent tantum verba Achioris ducis ammonitarum; qui, quid Abraham Deus de habitando in Charan præcepit, non magis cognovit, quam ipse Harvillæus, quem hic possimum verborum apostoli, (Hebr. XI. 8. de Abraham, quum exiret, nesciente quo iret,) meminisse, oportebat; eorumque cum Achioris effatis illis, de migratione ex Chaldaea in Charanem, atque inde in Chananaam expelle se à Deo mandata, conciliationem aliquam ex cogitare. In cuius oratione & illud notari potest; Dei præceptum de habitatione in Charan, in editione tantum vulgata Latinâ habeti;*

quam

Pet. de doct.
Temp. lib. 9.
ap. 14.

quam ex Chaldaeo convertit Hieronymus ; (ubi etiam aliqua potest esse suspicio, ut postea indicabitur Charan pro Chanaan esse supponitam) in Greco vero legi, καὶ ἐπειγεις Μεσοποταμιαν, τὸ μεσαινεντον ἑτερονοματον. Et peregrinati sunt ibi dies multos. Quæ ipsa etiam verba à Petavio, Harvillæo, & Bonfrerio (in Genes. XV. 13.) ad diuturniorem Abrahami in Charane moram confirmandam , adducuntur : quam & aliis argumentis illi frustra adstruere nituntur ; quorum ista sunt præcipua.

I. Stephanus dicit Abrahamum νεωτερον την εἰς Χαράν, habitavisse in Charan. (Act. VIII. 4.) quod vocabulum , haud adeo breve fuisse inter-
valum , arguit : (inquit Petavius & Harvillæus.) Sane improbabile est , per verbum habi-
tandi , non denotari nisi aliquam & modicam
partem anni : probabile potius denotari plus
annos. Similiter Bonfrerius , ex Genes. cap. XI.
versu penultimo , Abrahamum cum patre ali-
quot annis mansisse colligit ; quod dicti illi fue-
runt ibi habitasse , hoc est firmum ibi domicilium
collocasse , quod de eo dici non potest , qui paulo
post ulterius progressus est , animunque retinet
mox abeundi. Resp. Ponamus , Tharam &
Abrahamum Ure Chaldaeorum discessisse , se-
quente hyeme Tharam infirmitate Charane de-
tentum fuisse , eoque demum ibidem vitâ fun-
cta , sub initium veris Abrahamum Charanem
reliquisse : satis Abrahamo relinquit spatii , ut
in Charane habitavisse dici possit. Qui enim
ad sex tantum menses domum conductus , licet
minori tempore , non minus tamen habitavisse
dicitur , quam qui per sex annos habitationem
in ea continuaverit : cuiusmodi brevior illa fuit
Jacobi in Bethel habitatio : [Genes. XXV. 1.
16.] (quam sex mensium fuisse statuant Hebrei
in Seder Olam Rabba , cap. 2.) & Thamara
viduæ in domo patris sui . (Genes. XXXVIII. 11.)
Ipsaque demum in Numerorum cap. XIV. 25.
scribens Bonfrerius , ultra agnoscit , etiam apud
Latinos esse in usu , ut habitare dicatur quis , qui
in aliquo loco est . & ad aliquod tempus ibi sta-
tuit commorari ; multo vero magis vocem He-
breum ςυ & Chaldaam ςυ , que non tan-
tum significat habitare & commorari , sed etiam
sedere : ut brevissimi temporis commoratio
absque animo etiam more longioris , sufficiat
ut quis dicatur ςυ habitans , vel locum aliquem
insidens.

II. Genes. XII. 5. Abrahamus in digressu
cum fortunis omnibus suis , etiam animas , quas
fecerat in Charan , translustisse dicitur in Chanaanam : quibus verbis mancipia signifi-
cantur , & pecora vel jumenta , quibus dum
Chritis habitaret , aucta ipsius bona fuerant.
Proinde ibidem aliquandiu confundit : Neque
potuisse dici , ibi ad pauculos dies , vel etiam
menses constitisse , concludit hinc Bonfrerius.
Dicere enim animas illas , vel conceptas fuisse
in Ur Chaldaeorum , & enatas in Charan , ac
tandem translatas in Chanaan ; vel conceptas
& enatas fuisse in Charan , & deinde transla-
tas in Chanaan , hæcque intra unum eundem-

que annum , omnino est improbatum : inquit
Harvillæus : qui & reliquias illas facultates,
τέχνας quas Abrahamus & Lotus , aut eorum
etiam domestici sibi compararunt , ad opes ab
eis in Harane congestas trahit. In his autem
congerendis , necesse esse ait consumptos fuisse
multos annos. Resp. At vero ut de congestis
opibus , & animalibus vel animalibus domi-
enatis , ut ista communisceretur Harvillæus , nihil
erat necesse. Abrahamum certè & Lotum ad
domesticam Tharæ familiam pertinuisse , ex
Genes. XI. colligitur. Quâ per mortem patris
familias solutâ , Abrahamum cum Loto , & re-
liquâ suâ familiâ in Chanaanam peregiturum ,
priuilegium Charane discederet , patrimonium
sibi reliatum , Et facultates suas veteres , no-
vorum aliquot mancipiorum , & jumentorum ,
& rerum aliarum ad vita usum necessariarum
acquisitione , augere eum voluisse , maximè est
credibile. Quæ ut persoluto pietio compararen-
tur omnia , quantum (quælo) temporis spa-
tium sufficiebat.

III. Abraham vocat Charan terram suam ;
Genes. XXIV. 4. Ad terram & cognitionem
meam proficiaris , & inde accipias uxorem filio
meo Isaac. Atqui , inquit Harvillæus , Abraham
non vocasset Charan terram suam , nisi aliquot
annis in eâ habitasset : quis enim suam vocet ter-
ram , per quam solummodo transeat , & in eâ nul-
lam veram habitationem annorum faciat. Unius
Harvillæi hoc argumentum est ; minime con-
siderantis , illam pro quâ ille contendit quinque
annorum habitationem efficere posse , ut Cha-
ran terra Abraha vocaretur. Multo enim lon-
gius ad hoc requirebatur commorationis in eâ
tempus : cuiusmodi servatoris nostri erat in
Nazarethâ , ut ea patria ipsius haberetur. Un-
de & Judæi aliam ante hanc in Charanem A-
brahami migrationem confinxerunt , ut in Jo-
sepho , cap. I. πατὴρ Ιακώβου & principio Cabbala
historice R. Abrahæ Levitz , videre licet : à qua
rediisse eum volunt atatis anno 52. exæcto , qui
juxta ipsorum calculum (ad 70. Thara annum
nativitatem Abrahami referentium) secundum
annorum Mundi millenarium compleat , & spa-
tium quod πέντε sive Inane appellant , terminat.
Post 18. vero exinde annos Abrahamum iterum
in Charanem profectum fuisse perhabet (ut
Scripturâ Genes. XII. 13. narratur) ibique per
quinquennium esse commoratum. Quorum
sententiam non satis affectus Gerardus Mer-
cator , & eum fecutus Henricus Buntingus , in
Chronologîa suâ , Abrahamum ex Ure Chal-
daeorum cum patre suo Thara egressum fuisse
existimavit , quum annos ætatis 52. comple-
visset : petuisse tum eum Charanem (& ita in
ea consequenter per totos 12. annos perman-
uisse) existimans , quo tempore à Charane eum
recellisse Judæorum ferebat traditio. Sed ut
Judaicas omittramus fabulas : terra ad quam
Abraham servum suum profici sci jubebat , Me-
sopotamia erat (Genes. XXIV. 4. 10.) in quâ
& Urem Chaldaeorum , & Charanem sitam fuis-
se ad XI. caput Geneeos docet Abarbinel.
Quam sententiam verisimilem esse agnoscit
Manasses Ben Israel in conciliatore suo ,

questione

quaestione 40. in Genesin; & esse omnino veram, nos mox pluribus comprobabimus. Ad argumenta enim pro principali causâ adducta, jam progrediamur; quibus D. Pius, & alii evincere conantur, ab anno Abrahami 70. & vocazione ex Ur Chaldeorum, peregrinationis ipsius & posteriorum ejus initium esse deducendum: quorum

Primum, hoc ipsum esto. Peregrinatio Abrahams ab eo tempore est inchoanda, quo ille terram & natale suum solum reliquit. At quam primum ex Ur Chaldeorum excessit, non quum ex Charane demum est egressus, Abrahams terram & natale suum solum reliquit. Itaque illud Genes. XII. 1. *Exi ex terra tua, et ex loco nativitatis tue*, inquit in Elencho Paroano (pag. 49.) Josephus Scaliger, (licet & ipse nobiscum à 75. Abrahami annos peregrinationis dinumeret) non potest referri ad Charan. Non enim natus est in Charan, sed in Ur Chaldeorum. Et Thomas Pius similiter. Abrahams (inquit) jussus est egredi è nativo suo solo, sive terra nativitatis sua; que non fuit Charan, sed Chaldaea: atque ibi Abrahams incepit peregrinationem suam; ab ipsa nimirum terra, in qua natus fuerat. (Genes. XXIV. 7.) & Conradus Pawellus, in Scopulo suo. 4. *Hac descrip-
tio loci, non convenit alteri loco, quam Vr Chaldeorum, certe non Charani, ubi ipse cum
patre & familiâ sua torâ, peregrinus erat.* Resp. Aliud est *ערן צדוק* aliud *ערן צדוק* cum conjunctione interposita. Prius terram nativitatis denotare potest; ut in Genes. XI. 28. vide-
re licet: posterius vero terram & cognationem semper significat. Unde & in hoc ipso loco, Genes. XII. 1. editionem vulgatam Græcam reddidisse videmus, *אֶעָזְבֵּתִ מִצְרַיִם וְאֶלְעָזְרָן*, & Latinam, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Quod quidem Charani convenire, quis melius nos docuerit quam ipse Abrahams; servum eò suum cum hoc mandato ablegans: Genes. XXIV. 4. *אֶל־אֶרְצֵי חֶלְבָּן אֶל־כָּשְׁדִים אֶל־תְּרָמָן* *Ad terram & cognationem meam profici caris.* Nam & Nachor senior ipsius frater cum familiâ ibidem manferat, & Charan atque ac Ur in eadem Mesopotamia regione est positus, ut ex Abarbinele, (omnium inter Judæos acutissimo Scripturarum interprete) jam est dictum.

^a Gen. 24. 10.

^b Gen. 45. 19.
cum 27. 43
& 28. 5. 6. 7.

Et Charanum quidem (quæ Carræ illæ sunt clade Crassi nobilitate) in Mesopotamia fuissetam, nullus dubitat. Eam Scripturam in *Aram naharajim*, id est, *Syriæ duorum filiorum* collo-
cat; & in ^b *Padan Aram*, quæ in vulgata editio-
ne Græcâ & Latinâ *Mesopotamia, & Mesopo-
tamia Syria* (licet *Syria* in Græcâ sub asterisco fuisset additum, in lib. locutionum in Genesin Augustinus monuerit) est redita; atque à Tremellio & Junio ea pars Mesopotamia fuisset existimatur, quam Ptolemaeus vocat *Ancobaritida*, & Chaborias fluvius in Euphratem labens dissecat. Tota igitur quaestio de *Vre Chaldeorum manet*; quam *Vr castellum*, vocat Ammianus Marcellinus, libro 25. *Vram Chaldeorum* Josephus lib. 1. Antiquit. cap. 7. (qui & Haranis fratri Abrahami sepul-

chrum ad sua usque tempora ibi ostensum mem-
orat (LXX. Interpr. *וְיָמֵי נָחָרָה*, regionem Chaldeorum, Eusebius in libro de Judeis, *Vriam & Camarinam*: Abrahamenim natum fuisse dicit, *וְיָמֵי נָחָרָה בְּאֶלְעָזְרָן קְרָמָנָה*, *וְיָמֵי נָחָרָה עֲזָרָן* *וְיָמֵי נָחָרָה בְּאֶלְעָזְרָן קְרָמָנָה*, in urbe Babylonie Camarinâ; (quam nonnulli urbem Vriam dixerint) quod ininterpre-
tatum Chaldeorum urbem significet: ut ex eo re-
fert Alexander Polyhistor, apud Eusebium, lib.
9. de Præparatione Evangelicâ cap. 17. ad quem
locum Græco-latini Eusebii editor Franciscus
Vigerus (ex Josepho Scaligero, in notis ad
fragmenta Veterum operi suo de Emendatione
temporum adjecta) Chaldeorum urbem nomi-
nis Camarine hic potius, quam Vri vel Vre
contineret explicationem afferit: ut per Chal-
deos, Eusebius non tam populum, quam sa-
cerdotes, seu philosophos intelligat, quos He-
brei *כָּלְדָּא* vocabant; quibus
hac urbs proprie attributa sit, ideoque Camarine
dicta. Cematin enim vocabulum *אֶתְרָא* significans, idololatricos Sacerdotes pullis ve-
stibus incidentes denotat. ^f 4. Reg. XXIII. 5.
Hof. X. 5. Zeph. I. 4. Et Chal. Paraph. Genes.
XLVII. 22.

Sacerdotes autem apud Chaldeos, ut apud Ægyptios, Astrologiæ divinatrici præcipue va-
cabant: quam Chaldaicam Astrologorum na-
tionem, in Babyloniam ad Mesopotamiam perti-
nente fuisse collocatam, in notis ad Act. VII.
indicavit doctissimus Camerarius. Eam vero
hoc tempore negant Hebrei à Cashdim sive
Chaldeis fuuisse habitatam: quippe quos, non
ab Arphaxad Semi filio, cum Josepho, (quod
minus esse verisimile, docet Salianus) sed à
Cesed Nachoris (fratris Abrahami) filio,
(Genes. XX. 22.) originem duxisse existimat;
ut ex Hieronymi traditionibus Hebraicis in
Genesin, & R. Saadiâ Gaone in cap. 1. Danielis
intelligimus. Unde Aben Ezra in Genes. XI.
28. *Vr. Cashdim*, sive *Vrem Chaldeorum* per
anticipationem à Mose dictam fuisse putavit;
quod ipsius tempore ita vocatur. Verum
quum ipsum quoque Deum ad Abrahamum
dixisse Moses referat; *Ego sum Dominus, qui
eduxi te de Vre Chaldeorum:* (Genes. XV. 7.)
dicendum potius fuisset, vocabulum Cashdim,
non gentis hic esse proprium, sed appellativum
harioles & magos denotans, quos a *כָּלְדָּא* deno-
minatos Hebrei volunt, quod demonum ope-
rà, divinationes suas & præstigia illi perficiant.
Nam & in ipsa Chaldea, Cashdim hoc nomine
notos eos fuissent, in Annalibus nostris (ad ann.
Mund. 1083.) ex Daniello ostendimus: & apud
exterios, Chaldæi, nomen obtinuisse est non si-
mum. De quo videndas Drusius, in notis ad
illud *Seve. Sulpicii*, in libro 1. historiæ sacrae,
de Pharaone; *Facientibus similia Chaldaei,*
magicas esse artes, quacunque per Moysem fierent,
*potius quam Dei virtutem pronun-
tiabant;* donec superductis ciniplibus terra op-
pleta est Chaldaea fatentibus majestate divina
ista fieri.

Babylonæ autem partem aliquam, imo &
Babylonem ipsam, intra Mesopotamia ter-
minos

minos fuisse comprehensam, docet Plinii ille locus, libro 6. cap. 26. *Babylon Chaldaicarum gentium caput, diu summam claritatem obtinuit in toto orbe: proper quamrelqua pars Mesopotamia Assyriaque Babyloniorum appellata est.* Et paulo post. *Sunt etiam in Mesopotamia oppida, Hipparenum, Chaldaorum & hoc, sicut Babylon, juxta flumen Narragan, qui dedit civici nomen, muros Hipparenorum Persae dirutre. Ochene quoque tercia Chaldaorum doctrina, in eodem situ locantur, ad meridiem versi. Ochoe autem Tremellius & Junius Urem nostram fuisse existimant, Ipsam vero Mesopotamiam ab Oriente Tigris, ab Occidente Euphrate, à Septentrione T. auro, à Meridie mari Persico inclusam, in ejusdem libri capite 27. refert idem Plinius: ita videlicet, ut non inter duo flumina tantum inclusa, sed etiam ad eorum ripas aposta omnia, Mesopotamiae deputanda intelligentur. Quod illa ejusdem, in precedente capite, satis ostendunt. Est etiam oppidum Mesopotamia in ripa Tigris circa confluentes, quod vocant Digbam. Item Mesopotamia tota Assyriorum fuit vicinum dispersa, prater Babyloniam & Ninum: Macedones eam in urbes congregavere. Cumque Euphrates Babylonem, quondam Chaldaeum caput, mediam permet: (ut apud eundem legitur, libro 5. cap. 26.) ut Babylonem ipsam, ita quicquid ultra orientaliorem Euphratis ripam Babylonicæ ditionis erat, non minus (imo etiam magis, ad Mesopotamiam, quam ad Chaldaeum fuisse referendum nemini potest esse dubium. Ne quis Urem in terra Chaldaeorum simul & in Mesopotamia fuisse positam, deinceps miretur: quum de ipso Chaldaeum capite Babylone, vere hoc dici posuisse, Plinius nos docuerit.*

Et certe de Ure, ante illum, clarissime hoc ipsum nos docuit protomartyr Stephanus, Act. VII. 2. dicens: *Deus gloria apparuit patri nostro Abrabe, cum esset in Mesopotamia, priusquam moraretur in Charan, & dixit ad illum, Exi de terrâ tuâ, & de cognitione tuâ, & veni in terram quam monstravero tibi. Tunc exiit de terra Chaldaeorum, & habitavit in Charan.* Ex quibus verbis manifestum est, terram illam Chaldaeum, quæ terra seu patria Abrahami est dicta, in ipsa Mesopotamia fuisse positam. Quo spectant & Iosephi, libro 1. Antiq. cap. 8. de eodem Abrahamo, ista *Xerxes et alii reges persici* annis 430. annis post promissionem, *in* Mesopotamia *residuerunt* opes iuris, usq[ue]d[em] *sororium* et[em] *fratrum* & *co[n]s[un]st[itu]t[ion]is* regis. Cum Chaldei & Mesopotamia ceteri contra ipsum resurgerent, consilium migrandi capit, & voluntate ac favore Dei fecerunt terram Chanaanam tenet. Quæ ille scripsisset, si non Chaldeos illos Mesopotamiarum portionem aliquam fuisse credidisset.

Secundum argumentum, ex protomartyris jam dictis verbis, à D. Pio ita deducitur. S. Stephanus, Act. VII. affirmat peremptorie, celebre illud *Gen. XII. 1. con-signatum, Ereditate de terrâ tuâ, & de cognitione tuâ &c.* Abrahamo fuisse dictum, antequam venisset in Charan: quod & ipse Moses sufficenter insinuat, cap. XI.

31. Affirmans Abrahamum cum Thara ex Ure venisse, ut iret in Chananam. *Reff.* Quum Abrahamum ex Ure in Chananam à Deo vocatum fuisse, tum ex obscuriore illa insinuatione, Genef. XI. 31. tum clatioribus Scriptura testimonii, Genef. XV. 7. Iosu. XXIV. 2. 3 & Nehem. IX. 7. B. Stephanus intelligeret, & Verbis aliquibus significata illam vocacionem fuisse non dubitaret, verba quidem & ipse (ut sapientis in Psalmis David) ex ipso argumento deducta, Deo attribuit; quæ ad Moysen illa, Genef. XII. 1. quibus eamdem vocationem iteratam exprimi viderat conformanda esse censuit. Nec idcirco tamen, vel peremptoriè, vel omnino verba illa Genef. XII. 1. Abrahamo dicta fuisse affirmat, antequam venisset in Charan: neque vero affirmare potuit; quum ipse Moses, vocationis verbis, eo in loco citatis, immediate subjicerit. *Egressus est itaque Abram sciat præcepit ei Dominus, & fuit cum eo Lot: & LXXV. annorum erat Abram cum egrederetur de Charan.* Non præcepit autem illi in Chaldaea Dominus, ut exiret de Charan, in quam nondum ingressus fuerat: ut recte à Saliano est hic notatum. Quod adeo clarum est, ut ipse Saliano Jarchius à recepta suorum sententiâ recedere hic cogatur, & verba vocationis, Gen. XII. Abrahamo dicta fuisse fateri, quum esset in Charan,

*Tertium argumentum, præcedenti hypothesi falsæ innixum, à D. Pio ita proponitur. S. Paulus Galat. III. 8. 14. 17. Stephano se adjungit, & omnia plana reddit: afferens Legem fuisse datum 430. annis post promissionem. Illam videlicet de benedicendis in Christo, (ab Abrahamo oritur) omnibus tribubus terræ; Eam vero dictam fuisse Abrahamo, quando è terrâ suâ egredi est iussus, docet Moses: (Genef. XXII. 3.) idque fuisse antequam Abrahamus habitaret in Charan, affirmat Stephanus. *Reff.* Id Stephanus minimè affirmit: qui priorem tantum Abrahami vocationem ex Ure Chaldaeorum exponit; idque verbis, nudum egredionis præceptum continentibus (Act. VII. 3.) Moses vero alteram ex Charane vocationem explicat: in quâ, præcepto Promissionem illam adjunctam fuisse docet; (Genef. XXII. 3.) quam ante Legislationem 430. annis factam fuisse Paulus afferit. (Galat. III. 17.) Sed Pio nostro ignoscendum est, qui semel tantum vocatum fuisse Abrahamum est opinatus. Harwillæ vero quid facias? qui duplice nobiscum, ex Scripturâ & claris anchoribus (ut ille agnoscit) Abrahami vocatione constituta, omnem rationem dictere ait, Promissionem illam in priore vocatione ipsi patriter fuisse factam; atque hoc posito, annos 430. promissioni tributos, Gal. III. ab illâ promissione, ut primitus facta, computando esse concludit. Et omnis sane dicta ratio, ut quæ ad præcepti de migratione substantiam spectant omnia, utriq[ue] pariter sint communia: sed ut illa de benedicendis in Christo omnibus gentibus, Promissio, ad Vocationem ipsam per se nihil attinens, sed secundo migrationis præcepto appendix addita,*

4. Salian. ad. Mundus 114. num. 2.

ibique omni Scripturæ sacrae testimonio, atque ex imaginatione solum propria, primo itidem præcepto apposita non creditur solum; sed etiam pro computationis Chronologice fundamento supponatur; haud scio an quisquam rationis satis compos persuaderi sibi patiatur.

Quartum argumentum, illud esse poterit, quo usus est D. Pareus in commentario ad Gen. XII. 1, ut probaret oracula illud non in Charane accepisse Abrahamum, sed in Ure Chaldaeorum, dum pater adhuc viveret. Jubetur enim ibi exire *ē domo patris sui*. Patrem ergo adhuc superstitem habebat: inquit Pareus Qui tamen à Nicolao Lyrano, in eundem locum scribente, disceperit potuisse: *bene denominari dominum ab aliquo, etiam postquam mortuus esset, ut pacet ex scriptura, in pluribus locis.* Et nominatum, in Genes. XXIV. 67. ubi Isaacus sponsam suam Rebeccam introduxisse dicitur in tentorium *Sara matris sua*; quia tamen ante triennium vitam suam finierat. Ita Tharā in Charane mortuo, & patrimonio inter ejus filios Nachorem & Abrahamum diviso; Abraham Deum vocantem secutus in Chanaanam migravit, senior vero frater Nachor, veteri idolatriæ adhærescens, cum suā & paternæ familie majore parte, in Charane permanxit. Indeque in capite illo XXIV. Genesios urbs Charan & civitas Nachoris, etiam tuū defunctori, in commate 10. invenitur appellata; & in commate 38. (quod ad rem præsentem unicæ facit) *domus Thara*, quem tum tamen fuisse mortuum agnoscunt omnes. Unde & alii ex iisdem vocationis verbis colligunt, in Ure eam non fuisse factam, quia tum, non *ex domo patris*, sed *cum domo patris sui* ille exierit; & illud *Vade tibi, non tam, pro utilitate tua vade* significet, (ut cum R. Salomon Lyranus expofuit) quam *vade tumet ipse*, independenter scilicet à patre, qui in priore illâ ex Ure profectio, itineris dux & princeps fuerat.

Quintum argumentum, à testimonio Achioris Ammonitæ, in libri Judithæ capite V. est petitum. Achior, (inquit D. Pius) qui *mendacium de ore suo non exiturum protestatur*, *evidentissime orditur rapaces & peregrinationem ab Abrahami itinere ex Chaldaea in Mesopotamiam*; & totius peregrinationis tres *facit partes, vel regiones* distinctas tres; unam in Charane, alteram in Chanaanam, in *Egypto* tertiam. *Resp. De Ammonitâ* hoc verum est illud, quod Servatore nostro à Pharisæis fallo est dictum: *tu de teipso testaris, testimonium tuum non est firmum.* Ecce enim in primo statim orationis suæ limine ille impingit, primis Hebreæ gentibus apostolus: quandam notam inueniens, quod noluerint *sequi deos Patrum suorum qui erant in terra Chaldaeorum.* (Judith. V. 7. 8.) quasi *Eber, Phaleg, Ragau, & ceteri,* (rectâ lineâ) Patres ad Tharam usque (quem in illo alienorum deorum cultu à Patrum religione descivisse, ex Josu. XXIV. 2. novimus) Tercoreos illos Chaldaeorum deos coluerint. Quænam vero ipsius Achioris verba fuerint, cujuscunque tandem autoritatis illa sint)

* Joh. 8.13.

vix fatus comitat: quum de commoratione Abrahami in Mesopotamia, non eadem, in editione vulgatâ Latinâ ab Hieronymo ex Chaldaico, & in vetustiore Itala ex Græco conversa, reperiantur posita; ut ex subiecta utriusque collatione potest perspici. Ita enim se habent Achioris ad Holophernem verba, ex textu.

GRÆCO.

CHALDAICO.

5. *Audiae Dominus noster verbum de ore pueri sui, & referam tibi veritatem de populo qui habitat juxta montanis habitas: & non exigit mendacium de ore servi tui.*

6. *Hac enim progenies populi Chaldaeorum est.*

7. *Et antea habitaverunt Mæopotamiam, quia noluerunt sequi deos parrum suorum, qui fuerunt in terra Chaldaeorum glorioſi.*

8. *Sed declinaverunt de via patrum suorum, & adoraverunt Deum cœli, quem cognoverunt: & projecterunt eos & fugerunt in Mæopotamiam & habitaverunt ibi de multis.*

9. *Dixitq; illis Deus eorum ut exirent & de habitatione sua, & irent in terram Chanaan: & habitaverunt ibi, &c.*

[ubi nisi Charan, vel interpretis vel primo riu, pro Chanaan irrepsisse dicatur; peregrinationis Hebræorum in terrâ Chanaanis nullum hic repertetur vestigium]

Translatio ex Græco extat apud Augustinum, libro 16. de Civitate Dei, cap. 13. Qui licet ibi inde colligat, manifestum esse dominum Thara persecutionem passum fuisse a chaldais pro vera pietate, qua unus & versus ab eis celebatur Deus: tamen in eo quod ad rem nostram potissimum spectat, verborum illorum auctoritate nihil permotus, diuturnam Abrahamam moram in Mesopotamia non attribuit, sed in capite 16. eodem anno Abrahami & ex Ure Chaldaeorum & ex Charane profectionem factam fuisse existimat. Cujus hac in re sententiam⁴ Henricus Philippi Jesuita amplexus, ad objectum Achioris testimonium, inter alia respondet; *eum gentilem fuisse, & sic in narratione facile errare circa quasdam circumstantias potuisse.* Et ad Augustini sententiam confirmandam, Josephi illum locum citat, lib. 1. Antiquit. capite 8. scribentis Abrahamum

annos

a Henr. Phil.
lib. quæst.
Chron. in
Gen cap. 10

annos natum 75. reliquise Chaldaam quod verum esse non potuisse ait, si non eodem anno & Ure Chaldaeorum & Charane ille deceperet. Qui addere potuit & Philonis locum in libro de Somniis, Abrahamum $\mu\delta\pi\alpha\mu\gamma\delta\pi\alpha$, non multum temporis more in Charane tribuisse confirmantis. Quid autem posteriores Judaeos moverit, ut toto quinquennio eum in Charane detinerent sequens argumentum declarabit.

Sextum enim hoc affectur argumentum. Annorum 75 erat Abraham quando reliqua Charane in Chanaanam est profectus: (Gen. XII. 4.) centum, quando natus ei est Isaac. (Gen. XXI. 5.) Unde liquet, à discessu Abrahami ex Charane usque ad nativitatem Isaaci exactos esse annos 25. Abrahams semen peregrinum futurum in terra non sua per annos quadringentos, à Deo est prædictum: (Gen. XV. 13.) qui anni à nativitate Isaaci incipiunt. (Act. VII. 6. 8.) & in exitu posteriorum ejus ex Aegypto desinunt. Quum igitur à discessu Abrahami ex Charane usque ad discessum posteriorum ipsius ex Aegypto, 425. tantum annorum spatium intercederet; & totius peregrinationis anni fuerint 430. (Exod. XII. 40) ut integræ summe consterat, quinquennio ante profectionem Abrahami ex Charane horum annorum calculus est in eundis; & ad illud tempus profectio Abrahami ex Ure Chaldaeorum referenda. Resp. A nativitate Isaaci usque ad exitum Israelitarum ex Aegypto, anni fuerint 405. quos usitato omnibus more, Scriptura pleno & rotundo 400. annorum numero potuit exprimere. Quadringenti sane dicuntur anni propter numeri plenitudinem, quamvis aliquanto amplius sint: inquit Augustinus, libro 16. de Civitate Dei cap. 24. & questione 47. in Exodum: Quia scriptum est, in Isaac vocabitur tibi semen, ex anno nativitatis Isaac usque ad annum egressionis ex Aegypto computantur anni 405. Cum ergo de 430. detraheris 25. qui sunt à promissione usque ad natum Isaac, non mirum est, si 405. annos, summa solida 400. voluit appellare Scriptura; quo sicut tempora ita nuncupare, ut quod de summa perfectioris numeri paululum excrescit, aut infra est, non computetur. Quà ratione & populi Israëlitici numerum 60000. Mosem facere videmus: (Numer. XI. 21.) neglecto minori numero excrescentium 350. (Num. I. 46. & II. 32.) & Cenom viros à Romanis fuisse dictos, qui numero erant CV.

Quo si 400. horum annorum numerum ut præcium & exactum accipere hic libeat, & ex retrogradâ supputatione, horum exemplo, eventus alicujus, cuius annus alias in Scriptura non habeatur expressus, certum tempus eruere liceat: quid nî, ablaclato Isaac & à fratre Ismaele irriso, ejetum fuisse ancillæ filium annos 19. & filium liberæ annos 5. jam natum, promissionis semen fuisse declaratum, dicamus? atque à solempni hac utriusq; seminis discretione 400. annos peregrinationis promissi seminis in terra non sua, posse deduci existimemus? Quo facit & Hieronymus ille locus, in traditionibus Hebraicis in Genesim. Inter Hebreos varia opinio est: afferentibus aliis quinto anno abla-

ctionis tempus statutum, aliis duodecimum annum vindicantibus. Nos igitur ut brevius rem eligamus etatem, post decem & octo annos Ismael suppauravimus ejetum esse cum marte. Et illo Bedæ, in cap. 7. Act. Apost. Potest & sic intelligi, quod à quinto Isaac anno, quo per filium ancilla cœperit affligi, labor quadringentorum comprobetur (vel compuetur, annorum Et lumen quidem, sine illusionem & irrationem illam, cuius in Genes. XXI. 9. ut feminis promissi persecutionem interpretetur Apostolus, Galat. IV. 29. Sed cum universam illud 400. annorum spatium, peregrinationem feminis respiciat, eaque illius pars qua servitutem & afflictionem conjunctam habebat, in terra Aegypti eventum sortita fuerit: Cut ex illis vaticini verbis liquet, Genes. XV. 14. Et gentem illam cui seruies ego judicabo; & egredientur ipsi cum facultatibus multis: à determinacione feminis illius quod peregrinaturum fuerat in terra non sua, potius quam ab afflictione aliqua qua in terra Chanaanæ illa obvenerit, horum annorum epocham deducere magis convenit. Atqui ante separationem hanc,

^a Quinque annorum.
Vid. Salian. ad an. Mundi
2143.

^b Vid. Har-
vill. Sec. 43.
col. 471.
472.

^c Harvill. ibid.
pag. 464.
Henr. Philip.
qu. Chron.
in Gen. 15.
13.

inchoandos; & per consequens (quantum probabilius aliquid ex Scriptura potest colligi) e tempore utriusque Abrahami seminis differentiationem, & ejusdem Ismaele electi seminis (ad quod oraculum illud pertinebat) in solo Isaaco determinationem contigisse. *Vide Torniellum, anno Mundi 2118. num. 16. ann. 2144. num. 1. & ann. 2329. num. 16.*

In hac vero sententiâ expendendâ diutius sumis immorati, quod non Judæorum modo communis ea fuerit, sed etiam in multorum Christianorum animis locum habere cœperit. In sequentibus igitur, quæ paucos habent assertores, breviores erimus: quarum prima est R. Moïs Lathiph Hierosolymitanus, in concessionibus suis 430. annorum calculum ab anno 76. Abrahami deducens; quia tunc descendit ille ad peregrinandum in Ægyptum, post ipsum ex Charane exitum. (referente R. Azariâ, in *Morenajim* cap. 35.) & inter Christianos, Johannis Benedicti, in annotationibus ad Exod. XII. 40. scribentis, *illos 430. annos computandos esse à primo anno reprobationis Abraham in valle illustri, secundo anno post egressum de Haran, cum caput peregrinari in Ægyptum.* At eodem quo ex Harane, sive Charane migratum est anno, illa Abrahamo in valle illustri, sive planicie Mamræ, à Deo facta est promissio; *Semini tuo dabo terram hanc* (Genes. XII.) quam eandem cum illa ab Apostolo, Galat. III. 16. 17. commemorata, Benedictus fuisse statuit; & ad alterum ab illa migratione annum retulit, quo propius eam cum peregrinatione Abrahami Ægyptiacâ conjungeret. Quam ipsam quoque peregrinationem Laurentius Cadomanus ad eundem annum, qui atatis Abrahami 77. numerabatur, retulit: atque ab eâ etiam, ut *haut longo intervallo post promissionem*. Genes. XII. 3. & Galat. III. 17. cœpta, exorditum 430. annos peregrinationis illius, propter quam, *illis ipsis 430. annis, titulus mansiois Israelitarum in Ægypto assignatur.* (Exod. XII. 40.) Rectius vero in Chronologiâ suâ Gerardus Mercator, intra ejusdem anni Abrahami 76. annum, & adventum ipsius in Chanaanum contingisse existimat, & profectionem ejusdem Ægyptiacam; ad quam, locum illum, Exod. XII. 40. referendum esse putat. *Velle enim Moysen, (ait illi) non continuam habitationem significare, sed totum tempus quo habitata est Ægyptus comprehendere; quod hinc usque ad egressum exacte 430. annos continet.* Eodemque Abrahamu anno & ex Charane egressum, & in Ægyptum esse ingressum, ab Hebreis quoque in Seder Olam Rabb. cap. 1. habetur traditum.

Urcumque autem res se habeat, inter nostram, & hanc Benedicti atque Cadomani sententiam unius tantum anni intercedit differentia: cum proxima, (Davidi Pareo viro clarissimo probata,) toto decennio à nostris rationibus recedat. Ille enim in oratione Chronologica anno 1605. Heidelbergæ habita, Chronologiæ sacræ Synopsis proponens, suam hacte de re sententiam de horum 430. annorum principio hunc in modum explicat. *Chronologi uno*

prope consensu id numerant ab egressu Abrahami ex Harane cum esset annorum 75. Hoc vero cum loco Apostoli, Galat. III. 17. stare non potest: ubi expresse dicitur διατέλεως παντού πάτερον cum Abrahamo sanctam esse ante legem latam annis 430. Atque incipiendo ab egressu ex Haran, lex non 430. sed 440. annis post fædus confirmatum lata fuisse: quia egressus ab Haran fæderis confirmationē decennio antecepit. Testante enim Mose, fædus cum Abrahamo pepigit, & fæderiali ritu confirmavit Deus, non in egressu ex Haran, anno atatis 75. sed decennio post, anno acatis ejus 85. Sic enim ibi expresse Moses: Illo die pepigit Jehova fædus cum Abrahamo, dicendo; Semini tuo dabo terram hanc, &c. (Genes. XV. 19.) Neque ante id tempus, ulli fæderis inicii aut confirmati cum Abrahamo, legitur facta mentio. Inde 430. hosce annos inchoandos esse concludit, ab oraculo illo de sermone per annos 400. in terra altera peregrinatur & pætione cum Abrahamo solemniter iuris dictio hostiarum, (וְיָהִי Hebrew, Ἐγενιαναὶ Græci appellant) confirmata, Genesios capite XV.

Et ne folius hic incedere putaretur, in Chronologiacâ hujus Synopseos defensione, ex Paulo Fagio R. Salomonem, sententia sua testem advocat. Et quidem non folius R. Salomonis, (in Exod. XII.) sed communis fere ceterorum Hebræorum est opinio, ab eo tempore 430. annorum initium esse capiendum, quo inter dissidentias hostiarum Abrahamo Deus est locutus, sic tamen, ut quinquennio ante, non decennio post Abrahami ex Charane profectio id factum fuisse simul existimat: quemadmodum ex Chaldaica paraphraſi (quæ Jonathan tributur) in Exod. XII. 40. Seder Olam Rab. c. 1. & initio Cabbala historica R. Abraham Levitz, inter se collatis, intelligere licet. Eſi enim post reliquam ab Abrahamo Urem Chaldaeorum, visionem hanc ipsi fuisse exhibitam, verba illa Dei satis indicent, *Ego sum Dominus qui eduxi te de Ur Chaldaeorum;* (Genes. XV. 7.) ibidem tamen colloquium hoc cum Patriarcha fuisse habitat, quum septuagenatis inde evocaretur, Judæi somniant. In temporum quodam Canonio, & Nicephori Constantinopolitanæ Patriarchæ Chronographia temere inferro, ἀπὸ τῆς δικαιουμένης ἐν τῷ τίκτῳ Αβραμί 430. αὐτῆς dimidiatis usque ad finem Abrahami ann. 76. numeratos invenio. Unde et consequens ex hujus quidem Chronologi (non magna sane autoritatis) sententia, ab Abrahami obitu ducentum esse 430. istorum initium; fædus vero fuisse διατέλεως, quum annorum illi 99. fuisse: quo tempore fædus cum Abrahamo fuisse instauratum, & instituto circumcisions Sacramento ob-signatum, ex Scripturâ constat. (Genes. XVII. 1. 2. 10.) Unde & in 99. isto Abrahami anno, Henricus Sywertz, verbi divini in agro Tigurino minister, 430. nostrorum annorum caput constituisse dicitur.

Sed & hunc, & Pareum pariter duo ita in errorem induxerunt. I. Quid ad fædus (cum Abrahamo vel initium vel confirmatum) tan-

a Cadoman.
Chron. lib. 3.
qu. 12.

l. Edit. Or.
Jo. Decius
pag. 399. 400.
Graec. pag. 400.
Jac. Gott.
pag. 400.

tum

tum respexerint nulla initii peregrinationis ipsius ratione habita; quod utique in anno illius 85. vel 99. frusta ab ipsis fuisse quæsum. At non à fædere aliquo, sed à cœpta Hebreorum peregrinatione, vel habitatione in terra non suâ, horum annorum epocham deducendam fuisse Moses significaverat: cum quâ fædos quoque (Genel. XII.) conjunctum fuerat, ab illo etiam usque ad legislationem per legitimam consequentiam annos 430. effluxisse Paulus intulit. (Galat. III. 17.) I I. Quid *sua scilicet & i m y p n i s*, fædus & promissionem à se invicem illi distinxerint: quum unam & eandem rem, utroque illo nomine fuisse significatam, ex psal. CV. 8. 9. 10. 11. & aliis Scripturæ locis manifestum est. Ut minus considerate à D. Pareo illud urgeatur: nullam fæderis initi & confirmati cum Abrahamo legi factam mentionem, ante illam, Genel. XV. 18. *I l l o d i e p e g i g i t J e h o v a f æ d u s c u m A b r a h a m o , d i c e n d o ; S e m i n i t u o d a b o t e r r a m h a n c . Q u i d e n i m a l i u d f u i t f æ d u s i l l u d q u a m p r o m i s s i o ? E t q u i d e m p r o m i s s i o , j a m a n t e G e n e l . X I I . 7 . i i s d e m v e r b i s e d i t a ? S e m i n i t u o d a b o t e r r a m h a n c . E t q u i d a m p l i u s q u a r i u s c u m i n l o c o i l l o G a l a t . I I I . 1 7 . c u i D . P a r e i A r g u m e n t u m e s t s u p e r s t r u c t u m , s i x a d u n m o n u m e n t u m d u a v e n u , f æ d u s p r i u s s a n c i t u m f a c e r e i r r i t u m , p e r t o r t a p r o p r i a t u o i m a g i n a t i o n e , r a c u a m r e d d e r e p r o m i s s i o n e m , a b i p l o A p o s t o l o e x p l i c a t u m v i d e a m u s . D e q u o c o n s u l a n t u r , q u æ a d e u m l o c u m i n p r e c e d e n t e p l u r i b u s d i s s e r v i u m . U t i l l u d p r æ t e r a n o n u r g e a m u s : (q u o f u n d a m e n t u m t o t i u s a r g u m e n t i e x P a u l o d e d u c t i P a w e l l u s s u b r u i s s e s e e x i s t i m a t) G e n e l e o s X V . p e r t o t u m c a p u t , i n t e r D e u m & A b r a h a m u m t a n u m i r a c u l u m f u i s s e d e s u c c e s s o r e i n t e m p o r e l i b u s , q u i à s u o s e m i n e i l l i p r o m i s s i o n e r u c u m s p e s u c c e s s o n i s , v e l p o s s e s s i o n i s t o t u s i s t u s R e g i o n i s . D e p r o m i s s i o n e E v a n g e l i i & d e s e m i n e b e n e d i c t o , n e s o l a q u i d e m i n e c o a c t i o n e r e p e r i v i .*

Tigurini vero ministri sententia, Pareanam in eo longe superat, quod certum principium in anno Abrahami 99. à Scriptura determinatum habeat, unde 430. annorum supputatio deduci queat: quum difinitus annus fæderis eum Abrahamo per dissectas viæcitas sanciti, ex sacris literis nullâ ratione possit elici. In Oratione quidem suâ Pareus mirâ quâdam confidentiâ, *M o s e m i d e x p r e s s e p r o d i s s e a s s e r i t , v e r b i s i l l i s , G e n e l . X V I . 3 . I n f i n e d e c e m a n n o r u m , e x q u o h a b i t a r e c o p e r a t A b r a h a m i n t e r r a Chanaan . E t q u a i s r e s e x t r a o m n e m c o n t r o v e r s i a a l e c a m e s e t p o s i t a , s u b d i t e t i a m ; b o c d e c e n n u m a b o n n i b u s C h r o n o l o g i s , q u a s i d i c i s c a u s â S c r i p t u m e s t) s e c u r è e s s e p r e t e r i t u m , m a n i f e s t o e r r o r e . Q u o m n i h i l t a m e n p o s s i t e l s e m a n i f e s t u s , q u â m à M o s e , h i s t o r i a de Hagarâ ancillâ à Sara Abrahame in Uxorem tradita, hanc temporis notam eſſe ap̄positam, non illi de fædere aliquo cum Abrahamo à Deo inito, quæ in capitulo præcedenti expli- cata fuerat. Nam quod in defensione suâ ait Pareus, immediate cohærente illa duo capita, nimis leve est. Hoc enim modo / ut inquit in*

Elencho Scaliger / Joseph Patriarcha fuerit annorum XXX. Genel. XL. quia capite XLI. 46. totidem annorum est. Illud vero probandum fuerat, capita ista duo temporum ordine *et quis* cohærente: quod tantum abest ut probari possit, ut ex eorum collatione poterat potius contrarium. In capite enim XV. Promiserat Abrahamo Deus, filium eum esse genitum qui ipſi futurus esset hæres; & multiplicandum esse semen ipsius, sicut stellas cœli. Crediditque Abraham Deo; & imputatum est ei ad justitiam. Ideo proculdubio (inquit in *Respsione ad D. Pareum Sethus Calvisius*) ne videretur Deum peccare & promissioni diffidere, expectavit annum unum vel alterum, vel etiam plures, an fortassis ex conju- ge Sarai filium fuscipere posset. Cum textus post illam promissionem expresse dieat Sa- ram, quoniam videret se à Domino conclusam esse ne pareret, tum denum quæsiuile con- cinnam interpretationem sive *S a r a v a p r o m i s s i o n i s* illius de prole futurâ, & ut fuscipe. ret Abraham liberos, dedisse ipsi ancillam in uxorem. Eodem ipso certè anno, quo de seminis multiplicatione promissionem accepit, Abrahamum ad ancillam se receperit, non est credibile. Nec quicquam rem juvat, quod in Defensione profert Pareus; ante scivisse Abrahamum, Saram fuisse sterilem. Nam (ut rete *Johannes Bohemus* reponit) ex divina illa pro- missione, externo ritu confirmata, & id scire Abraham potuit, Deum istam Sarâ *v i n q u a r y n o i* auferre, omnipotenti modo vividam reddere potuisse. Et de Pareana quidem sententia haec tenet.

Ab eo tempore quo Abrahamo 100. annorum existent, natus est Isaac, annos 410. supputat R. Chananiel: (ut refert R. Bechai in eundem locum) & Abarbinel, in locis à R. Azaria citatis (in *M e o r enajim*, cap. 35.) Et quia ab eo tempore 400. anni peregrinationi feminis Abraham à Deo leguntur attributi, Genel. XV. 13.) annos triginta additos iis postea fuisse, Gerundensis & Abarbinel, (in *Exod. X.*) ex- stimant, ob Israelitarum in *Ægypto* peccatum; uti etiam in deserto detenti iidem fuerunt, propter exploratorum iniquitatem. Licet aliter quoque minorem illum numerum sub majore comprehendit potuisse, Procopius *Gazeus* si- gnificet; ad verba illa Genel. XV. ita annotans. Non pugnat hic locus cum eo quem in libro *Exodi* habemus; ubi dicitur post 430. annos pa- pulum Hebreum egressum fuisse *Ægypto*. Non enim hoc loco dicitur, statim decursis expleris que 400. annis, *Iudeos* ex *Ægypto* egressuros; sed simpliciter traditur, eos post annos 400. egressuros esse quibus verbis reliqui etiam 30. anni comprehendendi possunt. Quod clarius no- stro tempore *Guillelmus Langius*, (libro 2. de annis Christi cap. 10. à nativitate Isaci an- norum 430. exordium deducendum esse con- tendens) proponit dicendo, annos quadrin- gentos numeravisse Deum, non exacte, sed sicut *Historici* solent, numero rotundo usum. Hic enim (cum Rabbinis illis) à nativitate Isaci annorum 430. epocham deducens, co- rumque finem, non autem initium (cum iisdem

^a Ioh. Boh.
Caron l. 1.
t. 2. c. 7.

^b R. Moses
Gerundensis
in Exod.
XII. 40.

& Grotio) in Aegypto actum iusle statuens; orationem Exod. XII. 4. ellipticam esse vult, atque ita supplendum. *Habitatio filiorum Israel, qua habitaverunt in Aegypto, fuit usque ad annum CCCXXX.*

Et si quidem in loci illius Genesios Codicibus aliquibus, sicut in alterius inde traducti. Act. VII. 6. rarioribus quibusdam Latinæ editionis exemplaribus, anni 430. pro 400. scripti reperirentur; ellipsis illa (quam in scripturis frequenissimam esse, juvenis ille eruditus nimis facile sibi persuaderi est passus) aliquo hic modo fieri potuisse. Verum quum ibi, & in textu Hebræo, atque Samaritico, & in antiquis omnibus versionibus, Græcâ, Latinâ, Chaldaicâ, Syriacâ, Illyricâ, Persicâ, Arabicâ, tricenarii illius numeri nullum compareat vestigium: neque numeri rotundatio, neque de mutato postea Dei consilio Rabini cum illud commentum efficere valer, ut 430. anni in Exod. 430. interpretationem suam mutuari debeant ex annis illis 400. in Genesi. Deinde quum Isaaci nativitas nullam divinam promissionem conjunctam secum attulerit: quomodo cum Pauli explicatione, [Galat. III. 17.] annos hos 430. à promissione Abrahamo de Christo facta dinumerantis, interpretatio ista conveniat? Responder Langius; *fædus a Deo confirmatum esse in Christum, (juxta Apostoli sententiam) cum Isaac natus est, de quo scriptum est: In Isaac vocabitur tibi semen: hoc est, (ut ille exponit) quamvis multi alii tibi filii sunt, per quos semen tuum multiplicabitur; tamen nobilissimum illud semen, in quo omnes generationes terra benedictur, non ab alio quam Isaaco proveniet. Inde concludit: quando Isaac dicitur & maximo desiderio expectatus in lucem prodidit, patrum & promissionem Dei confirmata fuisse Sed, præterquam quod ab ipsa promissione Abrahamo facta, non à promissionis confirmatione, numerationem suam instituisse Apostolum, jam ante ostenderimus: ut Isaaci aut Jacobi, (à quo Christus oritur erat,) ipsa nuda nativitas, pro confirmatione promissionis de benedicendis in Christo gentibus, fuerit habenda, nullam omnino veri præse fert similitudinem. A Judæorum vero illorum sententia, qui propter peccata filiorum supra annos 400. additos fuisse 30. sunt opinati, tam alienum se fuisse ostendit Chaldaeus Paraphrastes in Cantic. II. 8. ut propter merita patrum & justitias matrum annos 190. illis deraeos fuisse dixerit; peregrinationi Aegyptiacæ, cum vulgo Hebræorum, annos 210. tribuens.*

C A P. X.

Annorum 430. peregrinationis Hebræorum, in duas egales partes distributo; & 215. in Chanaanæ à Patriarchis peraltorum declaratio; in qua Iacobi & posteriorum eius tempora, usque ad descensum in Aegyptum describuntur; & Benja-

minem cum decem filiis, Iudam cum duobus nepotibus (Hezron & Hamule) eo simul descendisse, ostenditur.

EX tot sententiis de initio 430. annorum peregrinationis Hebræorum, à nobis hæcenus productis, ut verissima, ita & communissima ea est, quæ ab exitu anni LXXV. Abrahami illud arcet. De quo, in Chronico suo Georgius Syncellus (pag. 117.) H̄. τοῦ ιακώβου τοῦ ἐν τῷ Χαναάν μετένθετο εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὸν πόλιν Αἴγυπτον ὅμηρον, ubi nota, sub Israëlis nomine ab ipso quo que Georgio comprehendendi & Abramum & Isaacum) εἰς τὴν Αἴγυπτον, καὶ τὸν πόλιν Αἴγυπτον εἰς τὸν Ισραὴλ τοῦ οἰκουμένου, καὶ τοῦτο μάτιν εὐθύνωντος εἰς ιερούς, τοῦτο οὐτούς αειθέτη. Supputatio 430. annorum peregrinationis Israëlis in terra Chanaanis & in Aegypto, juxta prædictionem Dei Abrahamo factam, communis cum Interpretis tun Historicorum suffragio, à 75. Abrahami anno ducit exordium. Et Josephus Scaliger, in Canonum Isagogicorum, lib. 3. part. 1. cap. 2. Quia à descensu Kabath vix dimidium annorum, CCCXXX. colligi potest, propterea ut tristissimi Iudei, iam ante quam post Christum, item Paulus Apostolus ad Galatas, Josephus, interpres Christiani, omnes uno ore, ab anno promissionis (qui est septuagesimus quintus Abrahami) illos CCCXXX. annos ordiunserit. Adversus tot sententiis alterius pronunciare, id fuerit, ut Lyricus dicebat, οὐτοις φέντε τῷ χρόνῳ, cum rationibus temporis manum conserere: ne addam, hoc factò verbū diuinum consumelias exponi, & libidini furiosorum, stolidorum, impudentissimorum interpretum vexandum objici. Quare contenti simus hanc simplicissimam interpretationem, qua auctoritate, non demonstratio ne nititur. Qui negant Paulum Apostolum in illo celebrati ad Galatas loco, initium annorum 430. ab anno promissionis deducere, (ne, quo digni sunt audiant) fruanter suo sensu, si dicas dñm οὐτοις φέντε τῷ χρόνῳ ενδεῖται τὸ έποδιον, οὐτε οὐτοις φέντε τῷ χρόνῳ ενδεῖται. [I. Corinth. XI. 16.]

Pari quoque consensu, non Eusebius solum & alii Christiani Chronographi, sed etiam Josephus Judæus, & ex exteris ante Christi tempora Demetrius, eumque fecutus Alexander Polyhistor, (in libro de Judeis, ab Eusebio in libro 9. Præparationis Evangelicæ citato) horum 430. annorum spatium in duo æqualia patientium intervalla: prioribus 215. annis, peregrinationi Hebræorum in terrâ Chanaanis, (similiter etiam comprehensa breviori illâ Abrahami in Aegypto morâ) posterioribus 215. peregrinationi eorum in terrâ Aegypti assignatis Josephi, de egressu ipsorum ex Aegypto agentis, in libro 2. Antiquit. cap. 6. verba sunt ista. Κατέλαβον δὲ τὸν Αἴγυπτον μὲν τὸν ξενικόν, πιλῆτα δὲ τὸν ξανθόν, οὗτον τὸν ξανθόν τὸν προπορον ἡμῶν Αἴγυπτον εἰς τὸν Χαναάν τινας τοὺς τοιούτους μετασχεδίους, εἰς τὸν Αἴγυπτον θεοφόρον, θεούς τοὺς λαγωτές οἰνοποιούς θεούς. Reliquerunt Aegyptum mense Xanthico, luna quindecimæ, annis quadringentis & triginta postquam sator noster Abramus in Chanaanam

venit:

venit: post migrationem vero Jacobi in Aegyptum annis ducentis & quindecim.

Alexander vero Polyhistor, ex Demetrio refert, *τὸν ἀρχῆς τοῦ Αἰγαίου εἰπεῖν*, καὶ ἡλικίαν της γένεσις τοῦ Ιάκωβος εἰπεῖν, τοῦ δὲ τοῦ Αἴγυπτου τοῦ τριτοῦ λαβαρίου, εἰπεῖν. *Ex quo electus est gentibus Abraham, & ex Charan in Chanaanem venit, usque ad Iacobi in Aegyptum adventum, annos fuisse CCXV.* Annis deinde 17. post Jacobi adventum in Aegyptum, Levin genuisse Caathum, Caathum quum esset 40 annorum genuisse Amramum, Amramum quum 78 esset annorum genuisse Mosem. Qui *τεύχος* hoc anni, licet pro libitu excogitati, ut legitimi admitti non debeant, additi tamen annis 80. quos tempore Exodi Mosem eisdem Scriptura indicat, (Exod. VII. 7.) numerum 215 annorum complevit; quem Hebreorum commorationi in Aegypto fuisse tributum, non est dubium. A Demetrio, inquam: non (ut Johannes Morinus & Nicolaus Abramus pistaerunt,) Phalereo illo, qui sub secundo Ptolemeo cum LXX. divinit legis interpretibus est conversatus; sed juniori altero, quem Ptolemei quarti in scripto suo meminisse docuit nos, in Stromatum suorum libro Alexandrinus Clemens.

Prioris vero 215. annorum summae, à Demetrio commemorata, partes singulares diserte in Scripturā habentur explicatae. Quum enim 75. annorum fuerit Abraham quum ex Charane in Chanaanam est profectus; (Gen. XII. 4.) & 100. quum natus est ei Isaac: (Gen. XXI. 5.) colliguntur.

*A profecione Abrahā in terram Chanaanam usque nativitatem Isaci anni 25
A nativitate Isaaci, usque ad nativitatem Iacobi, (Genes. 15. 26.) 60
A nativitate Iacobi, usque ad descensum ipsius cum tota familia in Agyptum. (Gen. 47. 9.) 13*

Summa 215.

Jacobi filius Josephus 30. erat annorum, quum Pharaonis somnum exponens, septem primū annos saturitatis, ac tōtēdeinde famis instare prædictis. (Genes. XL. 46.) In eunte anno famis tertio, Jacob cum familiā suā descendit in Aegyptum: (cap. XLV. 6.) quum filius Josephus iam esset annorum 39. ut ab Augustino etiam in libro 16. de Civitate Dei cap. 40. est notatum. Quibus 39. ab annis, quos tunc agebat pater 13. o. deductis relinquuntur 91. quot annorum Jacobum esse oportebat, quando ei natus est Josephus. In lucem autem editus est Josephus, quum finiti essent anni illi 14. quibus Jacobus avunculo suo Labani servivit pro duabus suis uxoribus (cap. XXX. 25. 26.) Quos ipsos 14. annos si à 91. iterum subduxeris manebunt 77. que Jacobi ætas erat, quum in Mesopotamiam veniens, Labani servire cœpit; ductis in ipso servitatis initio, duabus illius filiabus, Lea & Rachela: quemadmodum in Annalibus nostris, ad annum Mundi 2245. est ostensum. Neque aliud certe innuant verba illa, Genes. XXIX. 20. *Ita servivit Iacob pro Rachela*

Septem annos; qui vieti sunt in oculis ejus tanquam dies paucissimi, propter ea quod amabat eam. Inde enim ut à Lydiato nostro in Adversariis suis est notatum) appetat, eum potum esse amatā; alioquin enim vieti essent plures non pauciores. Nam desiderium facit ut quae revera sunt momentanea, videantur diurna: quemadmodum apud nos quoq; vulgari proverbio dicitur, *tis qui alicuius rei desiderio tenetur, unumquemque diem videri annum, donec portiantur.* Et Prov. XIII. 2. *Spes protracta egrum efficit animum.* Ideoque Quid in commate 21. Statim sequitur. *Et dixi: Labani Iacob, Da mihi uxorem meam;* per conjunctionem causalē & verbum temporis plur quam perfecti (quo Hebrei carrent) rectius exprimeretur: *Dixerat enim Labani Iacob, Da mihi uxorem meam.* Ut ostenderetur quo pacto, jam inde à servitatis initio, Iacobus Lea simul & Rachela potitus fuerit: quod in subseqüente historia plenius explicatur.

Datam vero fuisse Jacob utramque uxorem, quum restaret adhuc peragendum septennium servitatis alterum, consentiunt omnes fere Interpretates: illud commatis 27. *Imple hebdomadem hujus*, cum Hieronymo in Traditionibus Hebraicis & Augustino quæstione 89. in Genesis, de septem diebus nuptialis convivii interpretantes. Sed in prioris itidem septennii exordio æque id fieri potuisse, minus advertentes, in unius septennii spatiū 12. liberorum Jacobi natalia concidere coacti sunt, quum ipsa Lea continuatis partibus Rubenem, Simeonem, Leavin & Iudam, enixa fuerit: & quum patre defūsset, Rachelæ sororis exemplo incitata Zelpham ancillam marito substituerit; que Gadem primo, & sequente anno, Asberem illi peperit; ipsaque iterum Lea, Issacharem primum deinde Zabulonem, ac postremo Dinam filiam peperit. Quas novem conceptiones & partus, si non alio quam 40. dierum puerperii (ex more, Levitic. XII. 2. 4.) interposito intervallo, sese invicem subsecuti, & novem mensum Solarium spatio, unumquemque fœtum in utero materno gestatum fuisse posuerimus; ipsum septennium, tot liberis in lucem producendis, non sufficiuntur deprehendemus. At scriptura, præter Josephum ultimo in loco à Rachela in lucem editum, *Danem quoque & Naphthalin*, ex ancilla ipsius Bala prius fusceps commemorat. Quibus Jacobis Salianus, (nihil necesse esse putabat ad septimestres partus, cum Chronico Hebreorum & Genebrando, hic confugere) ut locum commodum invente posset: jam tum, quum Lea gravida incederet, ancilla ipsius Zelpham ad Jacobi lectum denuo admissam, indeque Asherem ancillæ, post Issacharem Dominæ filium, natum fuisse statuit: quemadmodum in ejus Schema te nativitatis Patriarcharum, anno Mundi 2283, subiecto, videre licet. Quod incommodum Dionysius Petavius ut evitaret, & ordinem natuum Patriarcharum in Historiâ præmonstratum, conservaret; paulo post admissam secundum Zelpham, ipsam quoque Leam concepisse vult: indeque, ^b anno XIII. servituis natum

^b Petav. doct. temp. ill. 9 cap. 19. & L. 13. ad ann. mundi 2287

fuisse

fuisse ex Zelpha Asher; è Lea vero Issachar inuenire anno, & ex eunte Zabulon. Verum sacra historia natalium non ordinem solum, sed interstitium quoque simul nobis exhibet. Quis enim dubitet, Si Lea eodem firme quo Zelpha tempore partui fuisse vicina, qui suo potius, quam ancilla filio, Asheris nomen indidisset? Dicebat enim; Beate est mihi, nam beatam predicabunt mulieres: ideoque vocavit nomen ejus Asher: (cap. XXX. 13.) Et interposita inter natum Asherem & conceptum Zabulonem, de mandragoris à Rubene primogenito in agro inventis & ad Leam allatis, narratio, non modo interstitium jam dictum confirmat, sed etiam grandioris tum Rubenem ætatis fuisse evincit, quam Petavianæ rationes eum fuisse patiuntur; quæ annorum tantum trium cum dimidio eum constituant, quum abiens in agrum, flores illos colligeret.

A nativitate Josephi usque ad Jacobi reditum in Chananiam, anni fuerunt VI, in quibus Labani ille servivit pro mercede. Gen. XXXI. 41.) A Jacobi in Chananiam adventu usque ad ortas inter Josephum (annorum 17, existentem cap. XXXVII. 2.) & fratres inimicities, anni fuerunt XI. atque inde usque ad Jacobi & suorum in Ægyptum descendunt (quando annorum 39, fuisse Josephum, est ostensus) anni XXII. Quo tempore cum Benjamin decem filiorum fuerit pater; (cap. XLVI. 21.) etiam si eorum aliquos gemellos fuisse ponamus, (polygamia enim suspicionem ætatis ejus ratio vix admirerit) plurim tamen quam XXII. annorum eum tum fuisse oportuit, & quinquennio circiter, ante medii intervalli finem in lucem editum; quum Iacobus pater 104. fuisse annorum, frater Iosephus 13. Ante nativitatem Benjaminis, raptus Dñe & Sichimitarum cædes accidit: (cap. XXXIV.) eumque mox secuta Iacobi in Bethle habitatio; (cap. XXXV. 1. 16.) quam Hebrei, in Sedar Olam Rabba cap. 2. sex tantum mensium fuisse dicunt. Neque diuturnam hic moram, hinc nativitas Benjamini, illinc Simeonis & Levi ætas, ad perpetrandam Sichimitarum cædem idonea, facile est admissura. In apocrypho XII. Patriarcharum Testamento, Levi se quasi annorum viginti fuisse ait, quando cum fratre Simeone Sichimitas cæcidit. Alexander Polyhistor ex Demetrio (apud Eusebium libro 9. Præparationis Evangelicæ) eumque Petavius & Salianus infecuti, Levin tunc annorum 20. cum dimidio, Simeonem annorum 21. mensium 4. fuisse volunt. Quæ ætas ad tam audax facinus aggrediendum minus videtur fuisse idonea, Sed hi, integrò licet decennio post Iacobi in Chananiam reditum, Sichimitarum cædem peractam statuant, fratrum tamen natalia in secundum servitutis septennium conjiciunt: quum ex nostrâ sententiâ, horum natalia ad primum referente, Sichimitarum cædem sexennio post Iacobi reditum factam supponente, à Levi annum ætatis 24. & Simeone annum 25. agentie, cædem illam fuisse peractam consequantur.

Porro eorum, qui cum Jacobo descendere-

runt in Ægyptum, numerus, à Mose in Genes. XLVI. 26. 27. ita habetur explicatus. Omnes animæ qua ingressæ sunt cum Jacobo in Ægyptum, egressi è femore ejus, prater uxores filiorum Iacobi, omnes animæ sexaginta sex erant. Filii autem Iosephi qui edidì sunt & in ea Ægypto, sunt animæ dua: sic omnes animæ domu Jacobi, qua venit in Ægyptum, sunt septuaginta. De quo Hieronymus, in Traditionibus Hebraicis in Genesin. Manifestum est omnes animæ, qua ingressæ sunt Ægyptum de femoribus Iacob, fuisse septuaginta: dum sexaginta sex postea ingressæ sunt, & repererunt in Ægypto tres animas, Ioseph scilicet cum duobus filiis ejus; septuagimus autem ipse fuerit Iacob. Sed cum scripsisset Moses, Iosephum vidisse Ephraimi filios usque ad tertiam generationem, & filios Machiris filii Manassis, in genibus suis suscepisse; cap. L. 23. editionis vulgata Græce, quæ LXX. interpretibus tribuitur, auctori placuit ista hujus XLVI. capituli Geneœ committi 20. adjicere. Fuerunt autem filii Manassis, quos ei peperit concubina Syra, Machir. Machir autem genuit Galaad. Filii autem Ephraim fratribus Manassis, Suthalaam & T'aam. Filii autem Suthalaam, Edom. Et quinque hisce catalogo Mosaico additis, commate 27. concludere; omnes animæ, qua cum Jacob ingressæ sunt in Ægyptum, fuisse septuaginta quinque.

Quandoquidem vero quinque isti superadditi in rerum naturâ nullo modo esse potuerunt, quando Jacob in Ægyptum venit, & filios Iosephi, nepotes suos avos istorum, minores quam novem annorum pueros invenit: Augustinus, libro 16. de Civitate Dei, capite 40. vera Scripturæ vera ista fuisse existimans, ad violentiam illam expositionem hic se recipere est coactus; introitum Jacob in Ægyptum, quando eum in septuaginta quinque hominibus Scriptura commemorat, non unum diem vel unum annum, sed totum illud esse tempus quandiu vixit Joseph per quem factum est ut iuvaret. Quam tamen ob alias quasdam difficultates occurrentes, ad ipsam quoque Hebraicam veritatem, eamque hic secutam editionem vulgatam Latinam, accommodandam censuerunt, Abulensis, Perrius, Delrius, Cornelius à Lapide, Bonfrerius, Menochius, Tirinus, in Genes. cap. XLVI. Salianus, ad annum Mundi 2329. num. 11. & eumque illis 70. à Mose in textu originali commemoratis, eo quo in Ægyptum descendit Iacobus tempore, nondum natos fuisse defendant. Quorum sententiam diligenter expedit & refellit Torniellus, ad annum Mundi 2329. à num. 4. ad 8.

Verum alios hic omnes • Nicolaus Abrahamus longe superat. Illa enim commatis 8. verba; Hæ sunt nomina filiorum Israhel qui ingressi sunt in Ægyptum, non de 70 illis Iacob posteris, sed de filiis propriis dicitis intelligenda esse assertit. Qui autem, (inquit) è filiis ejus propagari recensentur, non ideo nominantur, quod jam nati fuerint, & cum Iacob in Ægyptum descendierint (neque enim usquam id Scriptura dicit:) sed occasione filiorum commemo-

a Abram. it
Pharo rego
Tebam. 1. p.
cap. 17.

rantur

venerunt præcipui quique , qui partim cum ipso
venerunt , partim post ejus desensum nati sa-
pientia laude rerumque gestarum gloria , pra-
ceteris floruerunt. Atque in hoc commento a-
deo ille sibi placet , ut Sic demum rem conclu-
dat. *Hic explicandi modus , si alium (preter me)*
autorem haberet , ceteris anteponendus videre-
tur: quod nullam vim adferat scripture , nec alter
verba sumat , quam ut pure sonante , (quod potis-
sumus in historiâ sacra spectandum est) & omni-
nes difficultates exolvat , quibus intricantur it,
qui aliam insinuationem . Præclare sane: quum
illud ipsum , in quo primarius difficultatis no-
dus consistit , omnino non attingat : quâ ratio-
ne septuagenerius animatum in Aegyptum in-
trantium numerus salvari possit , si plures vel
pauciores eò ingressæ fuisse dicantur. Septua-
generius enim ille numerus in tribus diversis
locis à Moysi diserte legimus expressus.

Eorum primus ille est , quem ex Geneseos XLVI. 27. jam produximus ; *Omnis anime domus Iacobi , qua venit in Aegyptum , sunt Septuaginta. Secundus habetur in ipso libri Exodi initio. Hac sunt nomina filiorum Israëlis qui vene-*
runt in Aegyptum : venerunt autem cum Jacobo ,
quisque cum dominis (vel familiis) suis : tum ,
recensitum Jacobi filiis proprie dicitur , in com-
mate 5. subjicitur. Erant omnes anime eorum
qui egressi sunt de femore Jacobi Septuaginta.
Tertius ille est , Deuteronom. X. 22. *In septua-*
ginta animabus descendenter patres tui in Aegyptum :
& ecce nine multipli eritis te Dominus Deus tuus fecit astracoli. Ex quo videre licet ,
eos qui certum & definitum Israëlitarum nu-
merum , re ipsa in Aegyptum descendentium , in
septuagenario isto Calculo nolunt agnoscere ,
non modo vim scripturæ verbis inferre , sed
etiam ipsum Mosis leopum plane revertere ; qui
non aliis erat , quam ut , ex quâ paucis in
Aegyptum descendenteribz , quam multi deinceps
orti fuerint , dilucidius intelligeretur : juxta
illam confessionis formulam , primitias offe-
rentibus à Deo præscriptam , Deuter. XXVI. 5.
Syrus perieus erat pater meus , qui descendit in
Aegyptum hominibus paucis , ut peregrinaretur
ille ; evasit autem illic in gentem magnam , robur-
stam , & amplam.

Ex tribus vero exemplis , quibus Nicolaus cum aliis adstruere est conatus , aliquos ex 70.
Illi à Moysi commemoratis , nondum fuisse na-
tos , quum Jacob in Aegyptum descendenteret ,
(Eremus & Onan in Chananaë pridem mor-
tui , & Iosephi nepotes quinque , in Graeca edi-
tione superadditi , ad numerum hunc septuage-
nariorum non pertinet) primum à numero filio-
rum Ruben est petitum quod ab illo sic urge-
tur. Ruben duos tantum liberos ante migra-
tionem suscepit , ut probat Salianus ex il-
lis Rubeni verbis , Genef. XLII. 37. *Duos fi-*
lios meos interfice , si non reduxero illum tibi ,
qui si jam plures liberos suffulserit , non di-
xisset , duos filios meos . sed , duos è filiis meis
interfice. Ejus tamen filii quatuor , Genef.
XVII. 9. in Jacobi familia numerantur.
Resp. Non probat hoc Salianus , sed ut suspi-
cionem proponit , paraphras illa Philonis (in

libro de Joseph) sufficitam. *Eis suspicimur ut 50*
iros . & deus , os & uir u iheron , roboris amulenos .
Do tibi duos filios obides , quos solos genui : hos
interfice , nisi , &c. Simil tamen monet Abulen-
sem contendere quatuor illos jam tum fuisse
genitos ; & duos Rubenem dixisse filios , ut eos
uni opponeret. Et forte satius est ita dici ; ne
difficultates hoc loco sine necessitate angeamus .
inquit ipse Salianus. Ex verba hunc in modum
reddidit Tremellius : *Hos duos filios meos*
morti tradito. Ac si ex quatuor filiis duos
tantum , qui tunc præsentes aderant , patet in-
dicasset.

Secundum exemplum est filiorum Benja-
minis ; de quo Nicolaus idem Benjamin , « (inquit) vix ad tertium ac vicesimum æta-
tis annum pervenerat ; jam tamen undecim « (decem volebat dicere) in ejus familia re-
« censentur , quorum aliquos ejus nepotes «
fuisse Septuaginta viri tradiderunt. » Sed
Benjaminem vix ad XXIII. ætatis annum tum
pervenisse , probari non potest ; quum Scriptu-
ra rationes (ut jam vidimus) XXVII. eo tem-
pore illum fuisse annorum facile patientur : quâ
ætate , liberorum decem potuisse illum esse pa-
trem , nihil impedit. Ex his quidem editio
vulgata Graeca , que septuaginta illis verbis
tribuitur , tres tantum immediatos Benjamini
facit filios , è reliquis , sex nepotes , &
unum pronepotem constituens. Ita enim ea
habet. *Filij Bala , Bala , &c. Filij autem*
Benjamin , Bala , & Bochor , & Asbel. Fuerunt
autem fili Bala , Gera , & Noeman , & Anchis ,
& Rosis & Mamphis , & Ophim. (quod no-
men in Romana editione est omissum) Gera
autem genuit Arad. Quæ nepotum hic distin-
ctio , non minus quam quinque Iosephi nepo-
tum superadditio , Augustinum ad duriorem il-
lam explicationem confugere compulit. *Quis*
in filiis suis plerumque appellatur Jacob , hoc est
in posteris suis ; & per Iosephum cum constat in
Aegyptum intrasse : introitus ejus accipiens
est , quandiu vixit Ioseph , per quem factum est
ut intrare. Toto quippe illo tempore nasci &
videri posuerunt omnes qui commomerantur , us
*75. anima compleantur usque ad nepotes Ben-
jamin.*

In texto vero Hebraico , sicut etiam in Chal-
daicis paraphrasibus Onkelosi & Jonathanis ,
versione Syrâ , editione vulgata Latinâ , & Iosephi libro 2. Antiquit. cap. 4 omnes isti de-
cem , ut immediati Benjaminis filii recensem
tur. Tremellius tamen in notis ad I. Chronic
VIII. 1. Et Bonfrerius ad Genef. XLVI. 21.
etiam nepotes in filiorum numero promiscue
hic recensenti existimant : quod in Numeror.
XXVI. 40. Arad & Naaman , & in I. Chronic
VIII. 3. 4. Gera & Naaman , filii Belæ esse
dicantur. Sed nihil obstat , quo minus dici
potest tres filios habuisse Balam , patruis suis
cognomines. In loco certe Chronicorum , tex-
tus Hebreus duos ejusdem nominis habet Ge-
ras : textus vero Syrus , duos Geras simili-
& Naamanes ; alteros Benjaminis filios , al-
teros ejusdem ex filio Belæ , vel Bala ne-
potes .

Augustin.
qu. 173. in
Genef.

Tertium exemplum est Hesron & Hamul ne-
potum Iude Patriarchæ ex filio Phares : qui
cum hoc descendens tempore vix primum annum
exegisset ætatis sua , non possunt filii ejus geniti
esse , nisi post virginis circiter annos , nèdum in-
gressi esse Aegyptum cum avo & pravo . Ita Sali-
anus : probationis sue fundamentum à Ge-
neceos cap. XXXVIII. 1. deducens ; ubi Scri-
pturam aperte docere afferit , Judas accepisse
uxorem eodem tempore quo Ioseph abductus est
in Aegyptum . Et cum Augustinus questione
128. in Genesim difficultati huic emergenti ali-
quatenus occurseret , dixisset , fortasse Moses
hic recapitulationem usum , posterius narrasse ,
que ante aliquot annos facta essent ; admittendam
esse hanc *scripturam* , ille negat : tum
quia Scriptura dixerit id factum erit rursum in
tempore ipso (vel illa potius) tum quia , si hoc
conjugium venditionem antecessisset , nihil erat
causa , cur non etiam ante venditionem nar-
raretur , ne praecipua Iosephi historia inutiliter
interrumperetur , quod fuisus ab Abulen-
si contra Aben Ezram disputatum esse monet .

Et Aben Ezra quidem , quem multo (sed irri-
to) conatu Abulensis hic ivit oppugnatum , re-
capitulationem sive hysterosim hanc non ob-
servavit solum , sed etiam exceptionibus adver-
sus eam à Saliano jam allatis studiose simul oc-
currit . Causa enim interserita hoc in loco histo-
riæ reddit istam , ut magis inde elucesceret , quam
longe aliter se Iosephus geserit in negotio heri
sui , quam frater ipius Judas hic se geserit : locutionem autem istam , in tempore illo , eodem mo-
do in Deuteronom. X. 8. usurpari notat ; quo-
modo & ab aliis est observatum , in die illo , fine
determinata aliqua temporis notatione , se-
decies in veteri & novo Testamento esse pos-
tum . Hocque ipso in loco , in tempore illo , non
ad illud , quo in Aegyptum venditus est Jose-
phus , sed quo ipse Judas in Chananam cum
patre advenit , referendum esse defendimus . Ex nostra vero hypothesi , primi paternæ ser-
vitutis septenni anno quarto natus Judas , æ-
tatis 18. egisset annum , quo tempore in Chan-
anam primum est ingressus : sub finem vide-
licer æstatis , execute anno Mundi , juxta no-
stras rationes 2265. Moxi uxore ducta Chan-
anitide , in anni 2266. æstate , Erem ; in 2267.
sub veris exitum , Onanem ; & in anno 2268.
post veris initium Selam , suscipere ex ea po-
tuisset .

Apparens deinde Jacobo Deus , eandem fec-
unditatis benedictionem soboli ejus impertiit ,
quam antea Noachi filiis communicaverat ,
(Gen. X. 1. 7.) dicendo ; Cresce & multi-
plicare , Gens & caetus gentium erit ex te , (cap.
XXXV. II.) Unde , ut tunc apud primos Or-
bis renovati instauratores (quemadmodum in
V. operis hujus capitulo à nobis est ostensum)
sic & nunc apud Jacobi posteros , ut statim ab
ineunte pubertate opera liberis daretur , in usu
esse cœptum videatur . Ita sub exitum veris an-
ni 2280. Erit , annum ætatis decimum quintum
& pubertatis primum ingresso , similiterque
sub exitum veris , anni 2281. Onani uxorem
Thamaram dare pater potuisset . Mox vero

Onane ob scelus à Deo morte affecto , edixit
Judas Thamar nurū suæ , ut tantisper vidua
in domo patris manerer , Donec Selā tertius fi-
lius adolesceret . Quo paulo post initium ve-
ris anni 2282. pubertatem aescuto , Judah à
morte uxoris seie consolaturus , Thimnam ad
tondendem gregem suum , sub æstatis sequen-
tis initium abiit . Ibi Thamara , socii mente
de filio Selā ipsi non dando satis percepta , scor-
mum se simulans , ex ipso Judah duorum liberorum
mater est affecta . Hac ratione sub finem hy-
mis anni 2283. gemelli illi Phares & Zara in
lucem fuerint editi : annis 15. cum quadrante,
prius quam Jacob cum familiâ in Aegy-
ptum descenderet . Ita sub initium anni 15.
Phares nasci potuit Hesron , sub finem Ha-
mul vel , si gemelli fuerunt , sub finem ambo;
& infantes simul cum parte in Aegyptum in-
gredi . Quā in re totā cum nihil sit quod vel
naturæ vel rationi repugnare deprehendatur ,
aquo lectori relinquimus judicandum , an
non hæc potius admittenda fuerit , quam
sententia illa altera , qua Hesronem & Ha-
mulum , licet longe postea in Aegyptum na-
tos , à Mose tamen inter eos qui cum Jaco-
bo descenderunt in Aegyptum , numeratos ,
fuisse statuit :

C A P. XI.

*De annis 215. peregrinationis Israelita-
rum in Aegypto. Argumenta pro diat-
riore eorum mora allata solvuntur : in
quibus , de B. Iobi & Iobabi Idumaeo-
rum regis temporibus , ac Iosue gene-
alogia agitur. Anni exodi incerti cha-
racteres.*

A profectione Abrahami ex Charane , us-
que ad Jacobi descendum in Aegyptum ,
annos 215. peregrinationis Hebreorum in ter-
râ Chanaanis effluxisse Scripturæ testimoniis
comprobatum est . Quibus ex integra 410.
annorum peregrinationis summe subductis , æ-
qualis 215. annorum relinquitur numerus , A-
egyptiacæ ipsorum peregrinationis assignandus .
Quo vero tempore in Aegyptum Jacobus
descendit , filium ejus Josephum 39. fuisse an-
norum est ostensum : quos si à toto vîte cen-
tum & decem annis . (Gen. L. 21.) subtraxeris ,
supererunt .

*A descenditu Jacobi in Aegyptum , us-
que ad mortem Josephi , anni 71.*

Inde ad Mosis nativitatem usque , 64.

*A nativitate Mosis ad exitum Israe-
litarum ex Aegypto , [Exo. VII. 77] 80.*

Summa , 245.

Anni 71. & 80. quos ex Scripturâ habemus , si
mul juncti 151. efficiunt : qui ex 215. totius pere-
grinationis Aegyptiacæ deducti 64. relin-
quunt annos , interstitio , inter Josephi obitum &
Mosis ortum , tribuendos . Iudæi , quinquennio
ante Abrahami profectiōnem ex Charane 450.

annorum

annorum initium collocantes, mors Isaelitarum in terra Aegypti 210. tantum annos tribuant; quos Chaldaica que Jonathani tribuit paraphrasis cum Hierosolymitan in Exod. XII. 40. per וְיַעֲשֵׂה יְהוָה תִּרְאֶת trigesinta sabbata sive hebdomadas annorum exprimit. Ejus annorum numeri signum in Pirke Eliezer cap. 48. & passim apud Rabbinos est vox 117 descendente; qua ad filios usus est Jacobus, Gen. XLIII. 1. posteriorum suorum in Aegypto moram, annorum 210. (quot littere illae conficiunt) futuram fuisse innuens; ut notat ad eum locum R. Salomo Jarchi, interpres Talmudicis nugis plus nimio deditus. In Seder Olam rabbah. cap. 3. Job, patientia illud exemplar, natus fuisse dicitur, quem Isaelitae descenderunt in Aegyptum, & mortuus quem inde ascenderunt. Et cum post flagella annos illum 140. exigisse, & quicquid ipsi fuerat duplo Deum auxilie, fit scriptum. (Job. 10. 16.) ante hanc annos 70. & in universum, annos 210. (quanta fuerit Isaelitarum mors in Aegypto) vixisse illum, inde colligitur.

Et quidem in Synopse Athanasianâ, passim etiam fuisse Job legimus, cum esset annorum 70. quod etiam ex ipso textu Graeco, Job XLII. 16. colligitur, ut quidem Romana eum editio nobis exhibet; in quâ Job post plagas annos 170, in universum autem annos 240. vixisse dicitur. Cum quâ exacte quadrat ille calculus Hefschii, vel quicunque author fuit, ineditarum in libros quos Sapientiales vocant Hypothecum; or. 12. p. 2. os iuxta maria ζων αυτη ειναι. ap. Passus autem est Job, quem esset annorum 70. supervixit vero post plagas, annos 170. ita ut fuerint omnes vita ipsius anni 240. quamquam & hujus textus duas alias reperiuntur lectiones: riarior una, in B. Hieronymi ex Origenica editione versione. Vixit autem Job post plagas centum quadraginta annis: --- Omnes anni vita eius fuerant 248. Cum quâ consentit & Graeca editio Complutensis (in Biblis polyglottis, tum Antuerpianis tum Parisiensibus, retenta:) priore membro uti in Hebreo inveniebatur expresso; altero, quod in eo non erat & idcirco praefixo obelo ab Origene notabatur,) penitus prætermisso. Altera vero, communis & ab omnibus maxime recepta lectio, non in Aldina solum editione, & Germanicis omnibus, sed etiam in antiquissimo Alexandrino (quem in Anglia habemus) codice, reputatur. Vixit vero Job post plagam annos 170. omnes annos vixit 248. Anni 170. ex 248. deducti relinquunt 78. quod Jobum, quem primum pateretur, egiisse ait author commentariorum in Job, quos Origeni perperam adscriptos Latine vertit Perionius. Annorum 170. (quos post passionem Job vixisse dicitur) pars dimidiata est 85. Cum igitur Jobo post tentationem duplicita redditâ fuisse referantur omnia, (in quibus & anni fuerint numerandi) 85. cum fuisse annorum quin certamina finit, siisque ad 170. quod postea vixit additis, universæ viæ annorum summam 255. exitiisse Olympiodorus vel quis aliis in Catena ad Job. XLII. 16.)

colligit. Quod autem in textu, vita illius anni 248. tantum commemorantur, eo septem passionis ipsius annos mysticè innui assert; quos in vita annis non recentos arbitratur ille, dicitur επειδή μέσης ειναι νεφος, quod aerumna vita mors esset potius quam vita existimanda. Neque alia fuit septennia, Jobi calamitatibus temere affligi soliti, aut origo, aut ratio. De quo vide, (si placet) Salianum in anno Mundi 2598. num. 1. & 2544. num. 751. 752. ubi in priore loco, nota obiter; non (ut ille opinatur) apud Origenem Perionii 70. pro 78. sed apud Cyrillum Anastasii, num. 78. pro 70. esse reponendum.

Ut igitur de ætate Jobi certius aliquid statuat, primo ante exitum Isaelitarum ex Aegypto, (ex ætate Eliphazi Themanitæ sodalis eius) ostendendum est, non eocum in Aegyptum ingressu, & conseqüente ipsius Aegyptiacæ peregrinationis tempore, certaminum Jobi historiam contigisse, manifestum esse docet Chrysostomus, ἡμέρας πάντας τὸν γεώποντα, ἐπειδὴ διάνοια την περιγένετα εἶδε πότε τὸν γεώποντα ζήσειν. Ex eo quod longevam vitam vixerit, & supra ducentesimum annum prorogaverit. Post legem enim qui tandem vixerit, de nullo memoria est proditum. Ätate hominum ordinaria, ad 70. vel 80. annos redacta: quemadmodum in Psalmo XC. 10. ipse Moses confirmat. Addunt alii, historiae hanc accidisse, antequam insignia Dei miracula, quæ in Exodo scripta sunt, Isaelitæ exhiberentur & passim celebrarentur: quia alias hæc intra cætera Dei opera, quæ in Jobi libro prædicantur, etiam receperentur. Præfertim autem Deus ipse nequaquam capite quidem 38. maris 40. autem Iordanis ita mentionem faceret, tanquam inauditum fuerit quod homines super eum fundo ambulassent. Et quoniam Dominus cap. 29. inquit ad Jobum; Quis præparat corvo ecam suam, quando pulli eius clamant ad Deum vagientes, eo quod non habeant cibos? Haud dubie interrogat, quis Isaelitis quadraginta annos vicius præbiuit in deserto: nisi historia Job vetustior eslet actis Exodi. Neque illa hic usquam legis, nisi per manus traditæ, mentio: & quæcumque hic veterum historiarum attinguntur, antiquorum sunt temporum. Ex eo quoque hoc eliciunt, quod post latam legem nemini licuit alibi, quam coram arcâ vel tabernaculo Dei sacrificare, sine mandato singulari: ideoque Job, aut non fecisset contra præceptum Legis sacrificans, (c. I. & XLII.) aut scriptura non commendasset illius sacrificia, si venisset contra legem.

Porro frater Jacobi Esau, quem esset 40. annorum, uxorem duxit Bafmatham, sive Adam filiam Elonis Hittæ, atque ex eâ suscepit Eliphaz, patrem Themanis; (Genes. XXVI. 34. & XXXVI. 2. 4. 11.) à quo Eliphaz Themanites, qui cum Jobo est collocutus, duxit originem. Subductis annis 40. Esavi sive Jacobi (gemelli enim fuerant) ab 130. quot Jacobus agebat, quando cum familia sua in Aegyptum est profectus; (Genes. XLVII. 9.) restant 90. inter primas Esavi nuptias & Isaelitarum

^a Codom.
Chron. lib. 4.
cap. 35.

^b Tremell. &
Ioh. in Joh.
t. 1.

deicennum in Aegyptum, interpolati. Unde colligere licet, Eliphazum Themanitem (à Themanis, Esavi ex filio primogenito Eliphazo nepote oriundum) eodem vixisse tempore quo in Aegypto peregrinati sunt Hebrei: maximeque esse probabile. Jobi (aequalis ipsius) historiam post Josephi mortem (tempore inter Genesim, & Exodum interjecto) contigisse; quando ipsi Israëlitis ad Aegyptiacorum idolorum cultum deficientibus (Iosu. XXIV. 14. Ezechiel. XX. 8.) de univeria terrâ peragrata & sibi subdita, Satanae gloriandi data est occasio (Job. I. 7. II. 11.) Ipso vero ingressus Israëlitarum anno, natum fuisse Jobum, & egressus denatum, Judaicum commentum est.

a Abram.
Phar. Vet.
Teil. lib. 9.
cap. 22.

Hac de ætate Jobi quæstio, ex eo diligentius à nobis tractata; quia ex ea Nicolaus Abrahamus motam Israëlitarum in Aegypto neque 210. neque 215. sed 450. fuisse annorum probare nititur: sed hoc satis debili substrato fundamento; quod *Iob* idem fuerit cum *Iobab* Zaræ filio secundo Idumæorum rege, cuius meminuit Moses in Genes. XXXVI. 33. ubi & Zaram hunc, ex Idumæorum Ducibus unum, filium facit Rehuelis, filii Esavi & Basemathæ, sororis Nabajoth, & filiæ Ismaelis (*comm. 5. 10. 17.*) Hanc vero Nabajoth (Nabathæorum patris) sororem Ismaelis filiam, Basematham & Mahalatham dictam, Esavum co tempore uxorem duxisse idem refert, quo frater Jacobus, accepta patris benedictione, ex Chananæa in Melopotamiam est profectus: (cap. XXVIII. 6. 9.) à quo, usque ad Jacobi & familiæ ipsius decennum in Aegypto, annos decurrit, 53. ostendimus. Unde, & sub id tempus, Jobabum natum fuisse Nicolaus colligit: quod vix ante annum ab inito matrimonio quinquagesimum, ad pronepotes soleat, ac generationem tertiam perveniri. Considerandumque postea nobis ille proponit; quomodo sex post Jobabum Idumæa Reges, alios aliis morte sublati sufficiatos, Moës numeraverit; eo præsertim aeo, quo mortales vitam diutius propagabant & post hanc Regum seriem Duces undecim recensuerit; quos ex I. Paralip. I. 51. satis constat non sub Regibus, sed post eos Reipublicæ gubernacula tenuisse.

At certe anni 215. commorationis Israëlitarum in Aegypto, & 40. fere in deserto, tempus suppeditabunt satis amplum, quod & oculo illis Regibus, qui regnaretum in Idumæa, antequam haberent Regem filiis Israël. (Genes. XXXVI. 31.) id est, (ut exponit doctissimus Grotius) priusquam Israëlis posteri terram Chananam ac vicinas sunt adepti, ante quod tempus regem ipsi facere non licuit; (Deuteronom. XVII. 14.) & undecim etiam Ducibus recipiendi sufficerit: si modo duo ista admittamus; quibus non admissis, ne 450. quidem anni habitationi Israëlitarum in Aegypto attributi, illis capendi essent sufficiunt. I. Cum Reges istos ex diversis fuisse civitatibus Moës memoreret; non jure hereditario regnum eos obtinuisse, ex quo contingere poterat, ut adolescens regnum adeptus, in longèq; illa hominum vita, ad centū annos illo potiretur) sed vel populi

suffragiis, vel vi armorum (uti Esavo à patre Isaaco fuerat prædictum, Genes. XXVII. 42. *Gladio tuo vives*) ad Regium fatiguum fuisse electos: at jam ætate seniores, & usi rerum instructi eo pervenientes, non ita diuturnum in imperio tēpus necessario exegerint. II. Eos qui sub Regibus, singularium provinciarum duces extiterunt, sed supreme illo imperio subdit, sublati postea Regibus iisdem provinciis libertam & *auimus*, potestatem obtinuisse; ita ut undecim illi à Mose memorati Duces, non (ut in Regibus factum) alii aliis ordine successerint, sed simul omnes & eodem tempore provinciarum suarum administrationem obiisse. Atque hinc Mose, quum in ipso ex Aegypto exiit, *Ducum Idumææ* in Cantico suo meminisset; (Ex. XV. 17.) post annos tamen 39. sub *Regio* adhuc imperio Idumæam fuisse indicat. (Num. XX. 14. Iud. XV. 17.) ex quo ulterius colligimus 1. Regem illum, qui Israëlitis transiit per terram suam denegavit, fuisse *Hadarum*, postremum Idumæorum regum à Mose memoratorum. 2. Idumæorum erga fratres suos Israëlitas inhumanitatem hanc cito Deum fuisse ultim: eodem anno & Rege per mortem, & ipso regno per politæ mutationem sublati. 3. Mose, anno 40. post exitum ex Aegypto, librum Geneseos vel scribentem vel saltē interpolantem, undecim illorum *Ducum* ex stirpe Esavi ortorum, qui Regibus in summo imperio successerunt, nomina recensuisse, Secundum familias suas, & secundum habitaciones in terra possessionis sua, (Genes. XXXVI. 40. 23.) utpote diversi provinciis in eadem Idumæa regione, eodem tempore, uti dictum est) præfectorum.

Sed hypotheticè hic disputat Nicolaus Abrahamus. Si *Iobabus* Idumæorum rex idem fuerit cum B. *Iobo*, quem post tentationes suas 140. annos vixisse Scriptura testatur; intra angustias 215. annorum, morte Israëlitarum in Aegypto & 40. in deserto, non posse contineri quatuor illorum regum tempora, quos *Iobabo* in regno, ut & illis aliis in Ducatu, integrum à Mose liber Geneseos, conscriberetur, successisse appetat. Quæ consequentia vera si fuerit: non diuturniorem, quam 215. annorum Israëlitarum in Aegypto fuisse moram, inde probabitur. Sed falsitas illius hypotheseos, quæ *Iobum* eundem facit & *Iobabum*, inde convincetur, quod duo illa argumenta, quibus hypotheses hujus patroni veritatem ejus ostendere sunt conati, alterum à nominum *Iobi* & *Iobabi* similitudine, alterum ab autoritate appendicule (ut loquitur Abrahamus) quam LXX. *Seniores* libro *Iob* *velut laciniā* attexerunt, petitiū, jamdudum à Nicolao Lyrano sunt soluta; ad cap. I. *Iobi*, ita Scribent. *Nec motu* *aliorum* *valer*, de similitudine nominis *Iob* & *Iobab* quia frequenter contingit duos homines valde diversos non modo simili, verum etiam prorsus eodem appellari nomine. Supponitur etiam falso, quod prædicta nomina sint valde similia: cum secundum scripturam Hebraicam, sint multum dissimilia. Hoc enim nomen *Iob*, in Hebreo incipit per Aleph (אָבָה) nomen vero

Iobab

*Iobab per iod (221) Deinde, de laciniâ illâ responderet, quæ in Bibliis Græcis ad finem libri est adjecta, & cujus pars in Latinis (ex Iobo, ab Hieronymo è Græca lingua translato, desumpta) in libri initio, *Argumenti* loco, inter Hieronymi Prologos ponit solebat. Similiter additio quæ allegata est non valeat: quia sicut dicit Hieronymus in libro de Hebraicis Questionibus, non est in Hebreo, & ideo non est ei adharendum secundum ipsum; sed quod inveniatur aliquando in fine libri Iob. Et ex hoc patet, quod si ponatur in fine Prologi Hieronymi, non est hoc de intentione sua; sed hoc additio & consimiles, ab aliisque minus expertis in historiis & genealogiis Hebreorum, apposita sunt: propter quod de ipsis non est curandum.*

ploratum esse objiciens, que in Traditionibus
Hebraicis ab Hieronymo memoria prodita sunt,
magis ex Hebraorum mente, quam ex sententia
sua pleniusque proferri; vel Abramus, alios sola
Hieronymi autoritate permotus, hanc senten-
tiam esse amplexos affirmans. Ex propria enim
sententia locutum hic fuisse Hieronymum, ver-
ba haec ipsis clarissime ostendunt. Male igitur
quidam estimant Job de genere esse Esau, Si-
quidem illud quod in fine libri ipsius habetur, eo
quod de Syro Sermone translatus est, & quartus
sit ab Esau, & reliqua que ibi continentur, in
Hebreis voluminibus non habentur. Alios autem
ut in eandem concedenter sententiam, non tam
authoritatem Hieronymi, quam ratio ab ipso al-
lata, permovit; quod Appendix illa, cuius pre-
sumpta autoritate Veteres in errorem sunt in-
ducti, in Hebreis voluminibus non habetur, &
Canonican consequenter autoritatem haud
quam obtinet.

Quæ eadem ratio & Græcorum quosdam
permovit, ut eam Appendicem rejicerent: de
quibus ita Polychronius. *a Πολυχρόνῳ τῷ εἰ-
το τοῦ θεοφάνειας ἡ οὐ μόνον περιεσθῆται ἐπὶ τῷ
Εὐαγγελίῳ, τούτῳ τέλοις ὅπερ ἔχει, τοῦ οὐ πλεῖστον
ιδεῖ προβούτεος ὡς πληρῶς ἀπαντᾷ. ἀλλὰ αὐτὸν, εἰ
οἱ θεοφάνειας ἀπὸ τῆς οὐμανίας τὴν εἰς Γενεα σημα-
νῶν τις τῷ φόνῳ Η του θεοπαλαιοτερού, ἐνδιαμέ-
νη τοις λαβεῖται, τὸ τοιότον τις ἐσχελευσάμενος ἢ λατρεῖ
πειτε τῷ κόσμῳ αὐτῷ. Φατος βεβήλων επειδὲν
ταυτηγενεσθῆσθαι. Genealogiam qua in fine est
rejecimus, quia in Hebreo non reperitur: Et
liber iis verbis clauditur. Et mortuus est Ja-
cob senior & plenus dierum: nominis autem
similiudinem in Genealogia Esa, qua in libro
Genesio exeat, ubi Jobabus mentione fit, an sam er-
roris & huiusmodi Ioboli quibusdam prebuisse;
tractaque temporis postea, qua margini adscri-
pta erant, in libri textum ab aliis assumpta esse
affirant. Et Olympiodorus, in Prothœria capi-
tis 33. & ultimi libri Job; ut quidem Græci
capita distinguunt. Fugit uix tuis οὐδὲν τοι εἴ-
τες πώποι γράπει, αἴδα μητρεγγεῖσθαι τῷ βίσσῳ
τῷ φύσιατο. Huius ἐξ ταῖς τοι διαλικτοῖς αὐτογ-
οῖς οὐκοτέλει μεγάλωμα τῷ βίσσῳ, ποτε
τοι μητρεγγεῖσθαι ὑπὸ δέρωντος αἵ πειρον
ταρασσασθαι. Quæ in fine libri, dicunt quidem
nonnulli non esse sacra hujus Scriptura, sed li-
bro huic affixa & adscripta esse verba. Nos ve-
ro cum omnibus Græcis exemplaribus librum sic
scriptum invenerimus, ita omnia que eo scri-
pta sunt recipimus, prout à patribus nobis tradi-
sunt.*

Argumentum, quod à rebus gestis Assyriorum ducit Nicolaus Abramus, nos omnino non ferit. Neque enim contra nos probat, longius quam 215. annorum spatiū Ägyptiacā Iſraeliticā peregrinationē esse tribuendum sed Amraphelem tantum, Sennarīs five Iablonis regem, longe ante Nini tempora, ab Abrahāmo Patriarcha profligatum fuisse demonstrat: quod nos libertissime concedimus. In Assyriorum enim imperii duratione Herodotī rationes Ctesianis & Eusebianis præferentes (quas & iure præferendas, in libro 6. quem *Nearchum*, five de rebus Assyriorum

*d Problem.
Caten Græc.
in Job.*

Caten. in
Job per Par.
Junian pag.
(1)

b Sealig. Cate-
nom. Hagoz
lib 3, part a
cap. 1.

Petav. do
firm temp.
lb. 9. c 20.

Abrahm. ut
super cap. 9

inscripsit, ipse agnolcit Nicolaus (Abrahami illam victoriam 645. annis ante Nini exordium, in Annalibus nostris collocavimus: ut ad hoc efficiendum, Israelitarum in Aegypto commutationem, ad annos 430. extenderet, nihil nobis fuerit necesse.

^a Id. ibid. cap. 14.

At posse (putat Nicolaus) ^a ex annis Caath demonstrari, moram filiorum Israel in Aegypto fuisse plus quam 215. annorum.

Sed quomodo hoc ille demonstreret, videamus. Cum fuerint anni Caath centuria triginta tres, ut Exodi VI. 18. dicitur: quamvis eum jam puberem facimus, cum Egyptum ingressus est, necepsisse tamen est, ut in Aegypto annos centum et viginti praepter exegerit: qui si 80. annis (cap. VII. 7.) accedant: ducentorum annorum summam colligent. Aut igitur Israelita plusquam 215. annis in Aegypto manserunt, aut quindecim duxerat annorum spatium inter Caathi mortem & Mosis exortum interfuit. Hoc autem posterius dici non posse, liquet ex iis que cum inter illius obitum & hujus orium gesta narrantur, hancquaque tamen, tam angusta temporis intercapedine, claudi potuerunt. Atque inter hec, Israelitarum multiplicacionem & oppressionem, simul cum Amrami & Jocabedæ matrimonio reponit: & ex eo quod Mosis infantuli soror מִנְחָה vocetur, (c. II. 8.) adolescentulam & nubilem eam fuisse colligit; indeque Amrami & Jocabeda nupias, multas licet annis ab obitu Caathi, non paucis tamen ante Mosis exortum, fuisse contractas concludit, & audiendos non esse qui moram Israelitarum in Aegypto 215. annorum angustias circumfribunt.

Nos vero eam de Caathi in Aegyptum descendentes primâ pubertate hypothesin, quam pro libertate sua viderille vult ultro nobis esse largitus, minime recipimus. Cum enim juxta rationes nostras, inter nativitatem Levi patris Cahathi & migrationem in Aegyptum, anni 50. intercesserint, (ut in Annalibus videre licet:) quid obstat, quo minus Cahathus in Aegyptum descendens non modo pubertatis, sed etiam virilis aetatis annos attigisse posset putari: ita ut 30. annorum eo ingressus 103. annos ibi exegerit, & 32. ante natum Mosem annis vitam finierit. Nam potuisse hoc fieri, satis fuerit nobis obtendere, qui respondentium hic partes sustinemus; factum non fuisse, nisi certo aliquo indicio demonstrator nostre ostenderit, in quindecim illorum angustias impellere nos non poterit; quibus sublatissim & totam argumentationis illius vim concidere necesse est.

Certe qua in sacrâ Historiâ, de servitute & afflictione Israelitarum ante Mosis nativitatem, referuntur, intra 32. annorum spatium potuisse peragi, mihi non est dubium. Multiplicationem vero populi Israelitici, vivente adhuc Cahathio, conspicuam & maxime potuisse esse observabilem, res ipsa monstrat. Nam Amrami & Jocabeda nupias, post Pharaonis de submergendi Hebreorum infantibus editum fuisse initas, non aliunde habetur quam ex duobus illis verbulis, Post hac, Exodi II. 1. in

editione vulgata Latina additis: que in textu Hebraico, Graeco, Chaldaico, Syriaco, Persico, & Arabico, nusquam apparent. Quin & ipsam multiplicationem Israelitarum tam observabilem, camque infestatam servitutem eorum & afflictionem durissimam, Cahathi morte fuisse posteriore, non aliunde quam ex eadem Latina versione loci, Exod. I. 6. colligitur. Quo (Josepho) mortuo, & universis fratribus ejus, omniq[ue] cognatione illâ, filii Israel creverunt, & quin in textu originali Hebraico, pro cognatione, legatur 777 que vox non sanguinis propinquitatem, sed generationem hic denotat, id est hominum, (Aegyptiorum presertim) universitatem qui Josepho & fratribus ejus aetate æquales exierunt. Ita etas & progenies in Horatianis illis sumuntur:

^b Etas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem visitiosorem.

Et generatio, in Psal. LXXVIII. 3. 4. Quae patres nostri narraverunt nobis, non cabimus filios eorum, generationem alteram: Et commeate 5. 6. Mandavit patribus nostris, nota ea facere filii suis ut cognoscat generatio altera, filii nascituri; exurgentesque enarrant filii suis: ubi, quum filii alteram constituent generationem; ad paternam non magis hic referendus fuerit Cabathus, quam soror ejus Jocabeda, Levi ipsius (ut in capite VIII. ex Numer. XXVI. 59. est ostensum) quam persecutione maxime exiente Mosem peperisse constat. Unde & Hebrewi in Seder Olam cap. 3. non à Caathi obitu servitutis Aegyptiacæ tempus deducunt, sed à morte patris ejus Levi: à quâ nativitatem Mosis annos 48. in Annalibus nostris numeratos invenies; spatium iis omnibus que ad hanc historiam partem pertinent capiendis sufficiuntum.

A Latinæ quoque editionis autoritate potissimum dependet argumentum illud aletum à Nicolao ex Josuæ genealogia deducum: que in eâ. I. Chronicor. VII. 25. hunc in modum habetur propofita, Porro filius ejus Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est Thaan, qui genuit Laadan. Hujus quoque filius Amin, qui genuit Elisama, de quo ortus est Nun, qui filium habuit Iosue. Cui nos integrum posterorum Ephraimi catalogum subjiciemus, prout in textu Hebreo legitur.

Ephraim.

Shuthelab,	Beriah.	Sheerah filia, Rephab
Bered		Rœpb.
Tabath		Tela
Eladab		Thaaan
Tabath		Laadan
Zabad		Ammihud
Shuthelab		Elisama
Ezer.		Nun
Elead.		Iosua

His, qui in prima serie sunt nominati, à viris Gath interfecit, Ephraimo natum fuisse Beriam, ex sacrâ quum Nicolaus confirmasset

historia:

historia; de clades hujus tempore, quod in Scriptura retinetur, subjicit. Quo sane tempore, ut res ipsa docet, annus ab ingressu Jacobi in Aegyptum, saltem septuagesimus quartus effluxerat, supererantque ad Exodum 140. duntaxat annos; si 215. tantum annis filios Israel in Aegypto versatos esse statuamus. Deinde, ut confusum sumens, tres primos in ultima serie nominatos, Beria fuisse filios, Josuam octavum ab Ephraim, septimum à Beria fuisse colligit. Tum ex Iosu. XXIV. 19. Josuam annos 110. vixisse addit: quum post Mosis obitum tempubileam administrasset annis 10. ut placet Melchiori-Cano & Cajetano, aut 14. ut putat Pelerius, aut 17 ut Beda & alii tradiderunt. Juxta quam postremam sententiam, cum ex Aegypto egressus est, Josua annorum fuisse 53. quos 53. inquit Nicolaus, si ab 140. deduxeris, invenies inter Beria & Josuam exorum 87. duntaxat annos interesse, que praeocci quādam fecunditate septem aut otto generationibus tribuantur, ut singuli Josue maiores, liberos duodecim circiter annis anno, suscepint; undecim generarent. Que si merito dispergant; certe praefabat tempus mansonis in Aegypto producere, quam tot generationum capita, tam artis temporum limitibus cohibere. Ita ille.

Nos vero dicimus Hebraicum 125 quod toties in hac genealogia occurrit, tum filium eius, tum filium eiusdem denotare: & priore modo sub finem, posteriore in principio & medio genealogia accipi. In prima enim serie articulum non ad praecedentem personam, sed ad primum stirpis authorem, ipsum Ephraim esse referendum; neque Nicolaus negat; & si negaret, eamdem vel etiam maiorem fecunditatis praeoccitatem hic agnoscere cogeretur, quam in nostra sententia tantopere improbat. Nam cum Josephus ex filii sui Ephraimi progenie, tres tantum generationes vidisset; (Gen. L. 23.) ipse Ephraim us hac ratione visurus fuisset decem, & quidem novem ex iis aptas armis ferendis quod nisi prole ante annum 12, suscepit, erga credere possimus contingisse. In ultimo quoque serie, ubi Rapha dicitur יְהוָה בֶּן־יִשְׂרָאֵל filium eiusdem, Ephraim scilicet, similiter accipiemus esse contendimus: tum quia nomen proxime antecedens erat feminina, quum si affixum respexisset, 122 dicendum fuisse, non 122, tum quia Tahani tertius in eadem serie nominatus, inter immediatos Ephraimi filios à Moysi recensetur (Numer. XXVI. 35.) Tantumque absit, ut cum Nicolao filium Beria Rephiam constituvamus, ut & Rephiam & Tahanem, ante ipsum Beriam in Lucem fuisse editos, existimemus. Neque enim primos illos, à Scriptore sacro idcirco primo in loco nominatos fuisse putandum est, quod reliquis seniores extitissent, sed quod communem ab hominibus Gathi cladem pertulerint, per eam patri Ephraimo nomen Beria proximo filio imponendi occasionem dederint: quod in afflictione ille fuisse propter familiam suam. (I. Chronic. VII. 23.)

Quod si Tahani non in prima, sed in tertia post Ephraim generatione (quam & Joseph, Gen. L. 23. videlicet dicit) sedem assignare cui-

quam magis placeat: ne sic quidem ad Chronologicas nostras rationes aliquod accedere detrimentum. Si enim Ephraimum, annis 22. post descensum Jacobi in Aegyptum, Tahani avum procreavisse, & Josuam annos 33. natum ex Aegypto excessisse, admiserimus; & Septem (inter Ephraimum & Josuam interpositarum) generationum parenti cuique annos eratis viginti, quum filium suum susciperet, simul triduierimus: tota summa 215. annorum numerum non est excessura. Ut ad praeoccam illam fecunditatem restringi hic nos non fuerit necesse, quam Nicolaus sibi fingit. Quem intertin meminisse oportuerat, in hac eadem Ephraimi genealogia. filię ipsius Sheera mentionem fulle factam, quæ Beth-horon inferiorem & superiorem adiscavir, (I. Chronic. VII. 24.) ideoque post 7. annum Josuæ, quo terra Canaanæ Israëlitis est divisa, superstes fuerit. Eam, eti 130. patris anno genitam fuisse dicamus, plures tamen quam 140. ut ipsa vivendo exigeret necesse est; mors Israëlitarum in Aegypto 215. tantum annis assignatis; quod & si mirum, incredibile tamen non est habendum. Sed ut plures illam quam 355. vel saltem 333. annos vixisse credamus, quod Nicolai postulat hypothesis; nescio qui stomachus possit concurre.

Supereft adhuc argumentum, à multiplicatione stirrorum Israëlin Aegypto peritum: quod sine miraculo, quod sane fingere necesse non est, vix posueri potest in tantam multitudinem excrescere, ut cum in ingressu septuaginta capita censa fuerint, ducemis post annis armatorum sexcenta milia numerarent. Ita Nicolaus; paulo diffidentius: cum ante eum ^a Stapletonus multo confidenter: fieri non posuisse absque ingenii miraculo, ut 210. ann. spatio 72. homines, qui in Aegyptum descendebant, sic multiplicarentur, ut ex illis sexcenta milia hominum armatorum (preter innumerabilem aliorum multitudinem) inventarentur quum Aegyptum exirent. Quod B. Augustinus tamen mirum non est vixum, quatione 47. in Exodum, hac de te scribenti. His annis quanum multiplicari potuerint Hebrei, si fecunditas hominis consideretur, adjuvante illo qui eos voluit valde multiplicari, reperiatur non esse mirum, quod & sexcentis millibus peditum egressus est populus ex Aegypto: exceptio cetero apparatu, ubi & servitiae erant & sexus mulieribus, & imbellis armis. His vero additis, ad 180000. vel 200000. numerum excrescere potuisse censem. Bonferrus quod ille tamen adeo non miratur; ut potius sibi mirum videri dixerit, quod non plures extiterint. Hoc vero ut ostendat, ex descendantibus in Aegyptum non 70. sed 50. tantum sumens, ipsorumque & posteriorum unicuique tres liberos masculos duntaxat assignans, masculos 150. oriti potuisse colligere, ex secundo 450. ex tertio 1350. ex quarto, 4050. ex quinto 12150. ex sexto 36450. ex septimo 10950. ex octavo 328050. ex nono 98450. in ultimo 2952450. qui numerus, masculorum duntaxat, fere tertia parte superat numerum 200000. supra assignatum, masculos simul & feminas comprehendentem.

^a Abram. ut supra. c. 18.
^b Stapleton: anterior. in AG. 7. 6.

^c Exod. 12. 37.

^d Bonferr. in Exod. 1. 12.

Sed

Sed non satis ille consideravit, decem hunc vicenariorum ab eo positum calculum consistere non posse, nisi intra quemque vicenarium tres suos filios, cum pari saltet filiatum (suo tempore maritis conjugendarum) numero fuisse progenitos, concesserimus: quod neque admitti oportet, nec ipsius Bonfrerii hypothesi est consentaneum, quia etatē generationi idoneam, eam quae virginis annorum est, constitutere voluisse, hic se docet. A qua etate si generandi initium deduxisset, septem potius tricenariorum, quam decem vicenariorum annorum ordines, hic ab eo fuissent reponendi. Et in tot quidem tricenariis, Israelitarum in Aegypto more annos 210. Torniellus distribuit: verum unoquoque tricenario septem masculos totidemque feminas suscepit fuisse statuens, corum aliquos, ante annum etatis parentum vicefimum, in lucem fuisse editos, admirtere & ipse cogit.

Id autem si evitare libeat, Bonfrerii hypothesi ex Johanne Temporatio (quem ille ducem potissimum hic est secutus) aliquantulum correcta, supponere licet; ex descendantibus in Aegyptum 50. viros, annis 20. natu maiores, primi post descensum decennii annis singulis, liberos singulos procreavisse; eorumque continuo ordine posteros masculos, exacto etatis vicefimo, intra proximum quodque decennium, totidem liberorum patres extitisse: neque 3. cum Bonfrerio, neque 7. cum Torniello, sed medium inter utrumque 5. marium numerum cuique tribuente: hac ratione in primis illis 50. procedere potuerunt, annis post descensum in Aegyptum.

X. masculi.	250.
XL.	1250.
LXX.	6250.
C.	31250.
CXXX.	156250.
CLX.	781250.
CXC.	3906250.

Ab anno CXC. usque ad annum CCXV. quo ex Aegypto est migratum, anni intercesserunt 25. Ex quo apparet absque ullo miraculo, mares eo tempore ex genere Israelitico, ab anno 25. & sic deinceps, usque ad 34. natos, numero 3906250. & simul additis tribus postremis progressionis hujus ordinibus, mares 4843750. simul viventes existere potuisse: quum tamen ex Aegypto egressi circiter 60000. (Exod. XII. 37.) vel 603550. ab anno etatis vicenari tantum numerentur; (Exod. XXXVIII. 26. & Numer. I. 46.) præter Levitas, quorum mares, (ab etate usque menstrua recensiti) numerum 22000. conseruerunt (Numer. III. 39.)

Quod si quis objiciat. Genes. XLVI. 26. omnes animas qua cum Jacobo descendenter in Aegyptum numero fuisse 66. præter filiorum Iacobi uxores, indeque colligat, descensus illius tempore, solos Iacobi filios, uxores habuisse, ideoque a nepotibus ejusdem intra proximum decennium, liberos decem (quod à nobis est positum) suscipi non potuisse: scire illum oportet, usitato scripturarum more filiorum nomine comprehendi & nepotes. Cumque

hic & Phareti filii Jude, & Beria filii Asheris liberi, inter 66. illos habeantur communerati, non omnes Jacobi nepotes cœlibes in Aegyptum descendile, satis appare. Quamquam etiam, si decem tantum ipsius Jacobi filios, (prætermis Levi & Josepho) proximo decennio, eorumque deinceps posteros in sequentibus sex annorum tricenariis, quinque masculos totidemque feminas, juxta præcedentem hypothesis, sigillatim procreavisse admiserimus: juxta eam quoque rationem, tempore egressi, marium major exureret numerus, quam ille superior à Mose memoratus; ut ex præcedentis progressionis tabella, à radice 50. ad 10. hunc in modum reducta, licet prospicere.

Anno.

X.	50. nascerentur masculi.
XL.	250.
LXX.	1150.
C.	6250.
CXXX.	31250.
CLX.	156250.
CXC.	781250.

Hac enim (ut vides) ratione, egredi ex Aegypto potuerint mares 781250. quorum minus 25. maximus 34. etatis annum ageret. Quibus si maiores natu, etatis tamen annum 94. non excedentes, adjicere etiam libeat: postremis tribus summis simul junctis, exurget numerus 968750.

Quod si iterum quis hic obiecere; nullo modo esse probabile, à decem illorum Patriarcharum singulis intra proximum à decennio in Aegyptum decennium, similiterque ab eorum posteris, intra unamquamque insequentium annorum triacontadem, quinque filios, parunque filiarum numerum fuisse progenitum: considerandum illi simul erit, quicquid in admissa hypothesi reperiatur improbabilitatis, id omne ex alii in eadem omissis, satis superque esse compensatum. Nam & post primum ab initia Aegypto decennium, patres omnes exacto etatis anno tricesimo, à liberis procreandis cessavisse supponuntur; quoniam isto anno etiam septuagenari & octogenarii gignere consueverint: & in 10. solummodo Jacobi filii radix Progressionis est fixa; nulla ss. nepotum illius ratione habita, quos catalogus descendantium in Aegyptum à Mose propositus simul exhibet.

Neque in ulla nos Thaddæus Dunus hic conjicit angustias; ex Exod. I. 6. 7. objiciens, post mortem demum Joseph & fratribus eius, totiusque etatis illis coevæ, multiplicationem hanc esse factam. Cum enim ex nostra sententia, inter Josephi obitum & Moysi nativitatem, 64. tantum annorum intervallum intercesserit; in tam brevi spatio, tam immensam populi multitudinem exoriri potuisse, concedendum esse non existimat. Verum in scriptura illa, juxta eorum qui in Aegyptum defecderunt proportionem, Israelitas ante Josephi excelsum crevisse, Moses non negat: licet post illud tempus in eum numerum auctos eos fuisse doceat, ut terra impleretur ipsi;

indeque

indeque novus Rex de iis duræ servituti subjiciendis, ac de infantibus eorum è medio tollendis, consilium cœperit. Nam si in primis illis annis XVII. quibus in regione Goshen Jacobus vixit, filii & nepotes illius *sciscivisse* dicantur, & *aucti fuisse valde* (Gen. XLVII. 27. 28.) quis, nisi progressionis arithmeticæ plane ignoratus, annis 54. proximis, (quibus patri Josephus fuit superstes) dubitaverit, eadem propagationis ratione servata, numerosam prodire potuisse sobolem, ut stirps tam copiosa, intra annos 64. longe pluribus producendis sufficeret, quam ad Molaicæ narrationis veritatem statuendam, foret necessarium? Ita in 12. descendientium in Ægyptum hypothesi, anno post decennum 70. (qui proxime antecedit Josephi obitum) 1250. & post 60. annos (id est, quadriennio ante ortum Moysis) 31250. mares prodire potuerint; quibus additus intermedius 6250. numerus 38750. masculos exhiberet, præter parem feminatum numerum, qua quarto ante natum Moysen anno, simul cum eis existere potuerint. Juxta alteram vero, generantium hypothesi, ad 163750. numerus ille masculorum exureret; (ex trium numerorum 6250. & 31250. & 156250. additione conformatus:) quem, totidem fœminarum adjectione auctum, Ægyptis non immerito suspectum esse potuisse, nemo dubitaverit.

Concludamus igitur tandem, Israelitarum moram in Ægypto, neque 430. annorum fuisse, ut Genebrardi & Stapletoni, neque 431. ut Tichonii; neque 408. ut Thaddæi Duni, & Nicolai Abrami, neque 240 ut Guliel. Langii, & Rabbinorum quorundam; neque 239. ut Henrici Suizeri; neque 225. ut D. Parei; neque 216. ut Jo. Benedicti & Laur. Codomani; neque 210. ut communior Hebreorum, sed 215. ut Christianorum Chronologorum fert sententia. Hi 215. anni (Juxta nostras rationes) in medio anno mundi 2511. juxta Scaligeri & Petavii, (qui non 120. sed 70. tantum annos inter natales Thare & Abraham constituent) in 2453. quem pro certo anno Exodi esse habendum, Scaliger (cum suis aliis, Setho Calvisio & Johanne Bohemo) ex characterismis quibusdam demonstrate conatur; quos tamen nullius esse momenti, ipse ostendit Petavius; libro 9. de doctrina Temporum, cap. 23. & 25. cuiusmodi & illi sunt Charakteres, quibus Philippus Lansbergius suadere nititur, annum Mondi 2449. pro vero Exodi anno esse agnoscendum: quorum incertitudinem ipsa horum utrumque mutua inter se collatio, satis manifestaverit. Ex eo enim, quod dies exitus ex Ægypto fuerit feria hebdomadis quinta, & quod annus post illum quadragesimus sextus Jubilæus pariter & Sabbaticus fuerit, Scaliger suum; ex eo vero quod dies ille in septimam feriam incidit, & ipse exitus annus Sabbaticus simul & Jubilæus extiterit, Lansbergius suum Mundianum, pro genuino & certo esse agnoscendum, confecisse se existimat, quum de neutra illa feria quidquam ex Scripturis constet: neque ante Israelitarum in tertiam promissam ingressum, annorum Sabbaticorum; atque inde nascen-

tium Jubilæorum, ullam rationem fuisse habtam, ostendi possit, quemadmodum supra in 3. capite monimus.

C A P. XII.

Quartæ ætatis mundi spatium annorum 479. fuisse ostenditur. Integritas numero rum 480. in lib. Regum & 450. in Actis Apostolorum integritas, & inter se consonantia, afferitur. Libri Iudicum ordo & dispositio proponitur; annorumque quietis terræ suppandalorum ratio exponitur. Davidis genealogie in fine libri Ruth.e tribusque alii pariter consentientibus scripture locis explicatae, perfectio defensit, posteriorum hominum, etiam ad nostra usque tempora, non minore quam horum patrum longævitate demonstrata.

§ 1. Chronic.
II. 11. 12.
Mat. 1. 5.
Luc. III. 32.

AD quartam Mundi ætatem jam pervenire potuerint. Juxta alteram vero, generantium hypothesi, ad 163750. numerus ille masculorum exureret; (ex trium numerorum 6250. & 31250. & 156250. additione conformatus:) quem, totidem fœminarum adjectione auctum, Ægyptis non immerito suspectum esse potuisse, nemo dubitaverit.

Concludamus igitur tandem, Israelitarum moram in Ægypto, neque 430. annorum fuisse, ut Genebrardi & Stapletoni, neque 431. ut Tichonii; neque 408. ut Thaddæi Duni, & Nicolai Abrami, neque 240 ut Guliel. Langii, & Rabbinorum quorundam; neque 239. ut Henrici Suizeri; neque 225. ut D. Parei; neque 216. ut Jo. Benedicti & Laur. Codomani; neque 210. ut communior Hebreorum, sed 215. ut Christianorum Chronologorum fert sententia. Hi 215. anni (Juxta nostras rationes) in medio anno mundi 2511. juxta Scaligeri & Petavii, (qui non 120. sed 70. tantum annos inter natales Thare & Abraham constituent) in 2453. quem pro certo anno Exodi esse habendum, Scaliger (cum suis aliis, Setho Calvisio & Johanne Bohemo) ex characterismis quibusdam demonstrate conatur; quos tamen nullius esse momenti, ipse ostendit Petavius; libro 9. de doctrina Temporum, cap. 23. & 25. cuiusmodi & illi sunt Charakteres, quibus Philippus Lansbergius suadere nititur, annum Mondi 2449. pro vero Exodi anno esse agnoscendum: quorum incertitudinem ipsa horum utrumque mutua inter se collatio, satis manifestaverit. Ex eo enim, quod dies exitus ex Ægypto fuerit feria hebdomadis quinta, & quod annus post illum quadragesimus sextus Jubilæus pariter & Sabbaticus fuerit, Scaliger suum; ex eo vero quod dies ille in septimam feriam incidit, & ipse exitus annus Sabbaticus simul & Jubilæus extiterit, Lansbergius suum Mundianum, pro genuino & certo esse agnoscendum, confecisse se existimat, quum de neutra illa feria quidquam ex Scripturis constet: neque ante Israelitarum in tertiam promissam ingressum, annorum Sabbaticorum; atque inde nascen-

Cujusmodi in desperatis Chronologie questionibus, ut in perditis civitatibus, extremitate solent existi: inquit, in lib. 9. de doctrina Temporum cap. 32. Dionysius Petavius: cui merito hac nimis effrenata graffandi in Scripturam licentia coercenda, & repudianda videatur.

Melchior Canus, lib. XI. locorum Theologic. cap. 5. quum primo significasset, se non existimare, aut fidei aut religionis questionem esse, num 480. ille annorum numerus, qui in codicibus perulgatis reperitur, librariorum viatio scriptus sit, an poris idem ab auctore sacro in suo exemplari positus, atque sentire se deinde declarasset, interregnorum annos, scilicet à temporibus Judicium, esse suppundatos: postea subicit. Josephus, quoniam non ea solum tempora quibus Iudices praefuerere, computare voluit,

Lansberg.
Chronolog.
scr. lib. 3.
cap.

sed illa etiam, qua interregnis sine Iudeis fluxerunt, vere summam 590. confecit annorum. At auctor libri Regum, interregnorum annis omisit, eos tantum redigit in numerum, quos intellectus, dum Iudices administrarent, intercessisse. Anni ergo plures ab eo, quo Israël excessit ex Aegypto, ad Templi initia fluxere: sed dum, iudicium, & regum, non fluxere, nisi 480. Quam sententiam, in suis ad illum Regum locum Notulis, etiam Emmanuel Sæ est amplectus. Verum, hoc esse Scriptura ridiculam & insulam assertione imponere, recte in commentariis ad caput ultimum Josuæ pronunciat Jacobus Bonfrerius. * Etenim quadringentesimo octogesimo anno ab exitu filiorum Israël, templi fundamenta esse jacta; quid aliud apud prudenter, neque studio tuendarum partium occupatum lectorem sonat, quam totum illud intersectum ab exitu tempus totidem annis, neque pluribus paucioribus, contineri? Ex quo sequeretur Josephi suppunctionem, facri scriptoris calculo, longe hic fusile praferendam: dicendumque foret, non jam (cum Sulpicio) librariorum negligentia veritatem fuisse corrumptam, sed ipsum hic Prophetam erravisse. Ad aliud igitur effugium Laurentius hic te recipiens, putavit, non inepte pronunciari posse quod I. Reg. VI. tempus exitus ex Aegypto complectatur totam peregrinationem Israelitarum, qua à primo Paschate sumens initium, duravit, donec singula tribus occupassent suam promissa terra sortem, cuius causa (mandante & mirabiliter adjuvante Deo) profectio ex Aegypto suscepserant. Et ne novum cùquam videatur, ex eo loco inde eximus denominari totam profectioem quantumvis longinquam & diuturnam, que durat donec perveniantur ad locum eius adesti causa iter suscipiebamus, etiam si obiter incident impedimenta moram efficientia: duo ad hoc confirmandum Scripturæ testimonia producit. Unum ex Deuteronom. IV. 45. ubi Moses dicitur suum quintum librum pralegisse Israelitis ☩נָבָא in excundo, vel in exitu ex Aegypto: cum tamen id fieret anno 40. post transiit maris rubri, quo adhuc versabantur in itinere ex Aegypto versus terram promissam suscepto. Alterum ex Psalmo CXIV. 3. narrante, in exitu Israelitarum ex Aegypto, Jordani retro versus constitisse, quod anno 41. post transiit maris rubri factum est. Itaque arbitratur, in I. Reg. VI. 1. scripturnam respicere ac definire tempus illud alias infinitum, quo tribus DAN Judic. XVIII. dicitur hereditatem sibi quæsivisse. Tuuo enim primum, inquit, finita est peregrinatio, quam filii Israël ex Aegypto ideo ceperant, ut quaque tribus suam hereditatem in promissa terrâ occuparet: nec tamen affirmari potest, quando id factum sit, nisi forte 480. anni à templi Salomonici abolitione (vel prima fundatione potius) retro numerati nobis ostendant, quando cessaverit filiorum Israël exitus ex Aegypto, id est, tota peregrinatio quam suscipiebant; non habitura finem, donec cùlibet tribui sua sors in terrâ promissâ obtigisset. Eousque autem à discessu ex Aegypto annos 118. effluxisse ille auctor, inter discessum illum &

facta Templi fundamenta, annorum 598. intervallum constituens. Eadem quoque interpretationem in tabulis suis Chronologicis fecutus est Michael Moslinus: à discessu tamen ex Aegypto, ad Daniticam illam expeditionem, annos 112. ad Templi vero fundationem annos tantum 592. dinumerans.

Sed quod ridiculum illud sit, factum libri Regum scriptorem, non ipsius fundati Templi epocham, sed terrâ à Danitis postremum occupata tempus, designare voluisse, quis non videt? Et (ut Johannem Bohemum præterea contra Codomanum hic differentem audias) quis tempus illud quo una tribus sibi possessionem quæsivit, quodque anniratione nobis ignotum, nominaret Exitum filiorum Israël ex Aegypto? quis à termino ignoto Epocham figeret? Monstrum opinionis, præsertim cum iam ante tribus Danianam possessionem habuerit, ut ex Josu. XIX. 40. videre est: verum sat angustum. Bona namque terra pars ei tribui per fortem data, per Chananeos ei crepita; Judic. I. 34. Ideo tribus haec sequentibus (nobis tamen annorum ratione ignotis) temporibus, excurrit ad ampliorem sibi sedem querendam.

Alii, (cum Codomano) per exitum ex Aegypto, non tempus illud præcisè quo extra fines Aegypti pedem Israelitæ extulerunt denotare, sed aliquam multorum intervallo annorum comprehendere hic existimant, verum intra modestiores aliquando limites, temporis illud spatium coercendum esse censem. Dionyius Petavius, & eum secutus Petrus Poffinus, exitum ex Aegypto, tempus illud interpretantur, quo Israelite 40. annis in deferto obrantes, ad itineris metas terminunque pervenerunt, & trajecto Jordane in terram Chananitidem introierunt. Quia interpretatio si aliquo modo admitti posset, in discrepantia numerorum inter Hebraeos & Græcos codices conciliandâ, usum fortasse haberet aliquem. Licer enim tam in Complutensi editione, quam in Greco MS. Arundeliano, eodem quo in textu Hebreo modo, anno ab exodo 480. Templum ædificari cœpum fuisse legatur: in Romanâ tamen, & Aldinâ, & Germanicis editionibus, ut etiam in codice Alexandrino, & apud Luciferum Calaritanum, Sulpitium Severum, atque Oecumenium (in Act. 7. cap.) 440. tantum annorum habetur numerus: qua diversitas utcumque componi potuerit, si ab initio exodi 480. à fine vero 440. annum illum fuisse habendum, dicere nobis licet. Verum ex scripturâ nullum adhuc productum est testimonium, quod nomine Exodi vel exitus ex Aegypto, etiam annum à migratione illa quadragesimum significari nobis persuadeat. Nam ad loca quæ ad hoc confirmandum proferuntur, respondere nos docuit ipse Petavius quomodo net apud Hebreos à literam nonnumquam else idem atque post, ut in Gen. XXXV. 9. Exodii II. 23. Numer. XXVII. 26. Sic igitur Deuteronom. I V. 45. ubi præcepta Domini Moles Israelitis proposuisse dicitur ☩נָבָא quum exi-
sissent ipsi ex Aegypto, & in sequente si-
militer versiculo, ubi Moses & Israelitz,

Silonem

^a Petav. do-
ct. in. temp.
lib. 9. c. 23.

^b Codoman.
Chron. lib. 1
cap. 17.

SiloneM Amortorum regem percussisse refertur ☽ꝝ quum exivissent ex Ägypto: post egressionem facta ista fuisse Moses tantum significat, nequicquam vero tempus quo ista vel facta vel dicta sunt (utcumque manifestum id esse dixerit Petavius) egressionem vocat ex Ägypto. Neque alia in Pl. CXII. vel CXIV. Prophetæ mens fuit, quam ut præsentia Dei, quam in populo suo, ex Ägyptiaca servitute liberando, mirabiliter ille declaraverat, commotum mare Mare, fugisse, & Jordanem conversum esse rororum indicaret: nequitiam autem (quod Possumus addidit) ut exitus de Ägypto, duos utrinque extremos assignaret terminos; & plane declarares Exodum, (sive exitum) aut Egressionem de terra Ägyptis, nomina esse toti peregrinationi deserti quadragenariae convenientes.

no quadragesimo נָצְרָה egressionis Israelicarum de terra Egypti, mense quinto, primo die mensis. Neque aliam quam Mosaicam epocham, sacrum libri Regum scriptorem ultrapasse, quem 480. anno נָצְרָה egressionis Israelicarum de terra Egypti, mense secundo, Templum Salomonicum extrui ceptum fuisse tradentem, iure ullo dubitare possumus.

Quæ vero ad desperata hæc remedia viros doctos populerunt, ut aut Scripturæ textum ipsum immutarent, aut violenta interpretatione distorquent, dñe fuerunt rationes præcipuae: altera ex Paulinâ oratione. *Act. XII. 20.* est dedueta; altera à numeris annorum in libro *Judicium* expressis, qui longius quam 480, annorum, inter exitum ex Agypto & posita Templi fundamenta, intervallum necessario postulare videantur. Ac primo, vel mendum esse in illo numero 480, annorum, qui est. I. Reg. VI. 1. pronuntiat Ludovicus Capellus, vel mendum esse in loco. *Act. III. 20.* ubi Deus dicitur *Israel* dedisse *Judices* per annos 450. usque ad Samuelem. Necesse enim esse aletit, alterutrum horum numerorum esse falsum; neque posse simul confitere. Quam opinionem Cajetanus quoque, Lutherus, Funcius, Mercator, Buntinus, Temporarius, Perkinsius, Pius, Lidatus, Lansbergius, & alij ita sunt amplexi; ut in Actorum tamen locum mendum potius irrepsisse censuerint, numero 450. pro 350. posito: quod in Græco longe facilius *τετρακοσιον* in *τρισικοσιον*, quam in Hebreo זָהָב in שְׁנָת vel וּבָת mutari potuisse existimarent.

Nicolaus vero Abramus, Psalmistam his
inibus exodum circumscriptissime negat: LXX.
Seniores etiam ulterius eos extendisse admis-
sens; ubi cum Iosuâ sepulcos fuisse dicunt la-
pideos cultellos quibus circumcidit filios Israel
in Galgalis, *in anno sexto regni Agypti*,
quando eduxit eos ex Agypto. Unde probabili-
iter posse dici ille existimat, egressionem filio-
rum Israël ex denum tempore fuisse terminatam,
cum Arca, qua hacten per vestissimam Arabia
solitudines conducta fuerat, & egressos hactenus
comitata, in Silo requievit; quasi tum denique
longa peregrinationis metam attigisset; Anno vi-
delicet Iosua circiter septimo. Johannes wol-
therus denique, ut prioribus quidem illis, vo-
cem *Exodus de transitu Israëlitarum per Jordani-*
nem interpretatur; sed simul etiam cum Nicolo-
Raimondo numerum illum 480. toto cente-
nario censem esse diminutum: à relicta Agypto
ad Templi initium, annos 620. cā ratione con-
stituens.

Vetum temeratiam istam sacri textus correctionem, cum alij, Tum Johannes Bohemus manaduictione sui Chronologicā, & Jacobus Bonfiterius in suis ad postremum Jofua caput commentariis, & Nicolaus Abramus in Phari Vet. Testam. lib. 10. cap. 18. satis refutatur; & à nativa vocis *Exodus* significatione nemo abduci se patietur, qui prudenter consideraverit aliud de illis Scriptura locis esse sentendum, in quibus נָאַת (cum prepositione casus ablativi indice) nude ac simpliciter haberetur possum; aliud de illis, in quibus נָאַת (cum prepositione casum genitivum denotante) mensis aut anni designatione simul apposita. In illis enim, tempus post exitum generatim tantum & indefinite esse designatum; in his, precise & determinate ab ipso illo primo, quo ex Aegypto discessum est, mense, ut à certa & nota epochā, supputationem esse deductam, res ipsa indicat. Hoc certe à Moysi diligenter observatum fuisse videmus, Exodi. XVI. 1. Israellites in desertum Sinis venisse scribente, quanto decimo die mensis secundi נְאַת' egressionis ipsorum de terra Aegypti; & cap. XIX. 1. mense tertio נְאַת' egressionis Israelitarum de terra Aegypti, venisse eos in desertum Sinai, & Numer. XXXIII. 3. mortuum esse Aatomem an-

Vetum non in numeri 450. mutatione. (quem
in omnibus libris, Græcis, Latinis, Syriacis,
Æthiopicis, Arabicis, constanter recentum vi-
demus) Apostolici & Prophetici calculi recon-
ciliatio ab his fuerat inquirenda; sed a loco po-
tius ejusdem atque ordine, qui in variis editio-
nibus rarius habetur & diversus. In vetere enim
vulgata Latina translatione verba Apostoli, ita
leguntur redditia. Sorte distribuit eis terram eo-
rum, quasi post quadringentos, & quinquaginta
annos: & post bac dedic Iudices, quomodo & in
quibusdam manuscriptis Græcis codicibus, se-
criptum inventisse Johanne Mariana testatur,
pro editione vulgata cap. 15. εγενετοντοι
αυτοις την γην αυτων οντος και τηρουσσαντων
απο της ποταμης ειδων κρηνας. In Petri Taxardi
Marchionis Velesij, videlicet MSS. quos ad
textum Latinum & hic & alihi passim de indu-
stria fuisse conformatos magna est suspicio.

His vero longe antiquis Alexandrinum, quod in Anglia habemus exemplar, majusculis literis exaratum, ita legit, κατηχαντες τοις, αυτοις τοις γραφοις οι επιστημονικοι την παντηνιτηρια, και την αποκευματινη, η οπη την αποκευματινη. Quod ipsum quoque inter diversas illas lectiones reperitur, quas Novo Testamento Parisiis ann. 1568. Graece a se excuso, Robertus Stephanus subjiciendas curavit: consentiente quoque codice quodam Graecario Parisiis item edito, & a Beza in annotationibus ad hunc locum producito; & Novi Collegij apud Oxonienses exemplari manuscrito altero, nisi quod hoc abicit pronomen αυτη post αλιβη, in illo addidimus, et non ver

e Ludov. de
la Cerda, Ad-
verfar. sacr.
Cap. 91.

bum. In quibus omnibus, annos illos 450.
non ad Judicium durationem, sed ad tempus
partitionis Terræ referri manifestum est.

Sed & illam temporum circumscriptionem, ad antecedentia pertinere, doctissimi quidam viri (at refert: Fr. Junius) memoria nostra putaverunt; etiam vulgatae Graecorum codicim lectio ne rentata. sic videlicet, ut commodum aliquod participium subintelligendum judicarent: tanquam si ita legeretur. Et post hac annis quasi quadrigenitis & quinquaginta, dedit Iudices: circa annum videlicet quadrigenitum. Kad ἡ τοῦτο ὁ εἰπεν τῷ αὐτοῖς καὶ πειράσθαι [γένεσις] idoneus erimus. Et post hec annis quadrigenitis & quinquaginta, (peracta) dedit Iudices. Cujusmodi participij ellipsis in Christi Genealogiâ, Mat. I. 11. supplemandam volunt; ubi vel Josias vel Joakim genuisse diciunt Jechoniam & fratres ejus, ὃν τὸν μετωπικὸν Βαγλαύθησε. non quod tum primum geniti, sed quod eo tempore superstites illi fuerunt, quo facta est Babylonica deportatio: ac si in Greco legeretur, τὸν ὃν τὸν πειράσθαι Βαγλαύθος περιέχοι.

Hac ratione , principium hujus suppeditationis à primis illis orationis Apostoli verbis pendebit , commate 17. *De populi hujus Israël elegit patres nostros.* Quidam autem Abraham (filium adhuc non habenti) semini ipsius terram Chananaem se daturum Deus promisisset ; (Gen. XII. 7. Act. VII. 5.) postea , excluso Ismaele primogenito , in Isaacum Patrum ab eo facta est electio : juxta illud ; *In Isaac vocabitur semen tuum.* (Gen. XXI. 12.) Porro à nato Isaac , usque ad egressionem posteriorum ejus ex Aegypto , anni defluxerunt 405. ut antea est ostentum : quibus additi anni 46. cum dimidio , qui inde ad partitionem Terræ decurserunt , (ut in sequente capitulo ostendetur) annos 451. cum dimidio conficiunt ; qui Paulo , &c vel quasi 450. anni sunt dicti .

Ad libri *Judicium* calculum jam accedimus : quem, in priore Historiæ parte , per quicunque ter-
ra intervalla ; in posteriore , per prefœcta *Ju-
dicium* spacia institutum esse animadvertisimus .
Primo enim in loco , oppressionum & liberatio-
num populi Israelitici continuata series , in Ju-
dic. cap. II. 14.---19. summatim exposita , ipe-
cialem deinde in sex sequentibus capitibus ,
temporum notis appositis , hunc in modum ha-
betur explicata .

I. Israelitæ à *Cusiane* Mesopotamia rege
per 8. annos oppressi, (cap. 3. 8.) ab *Otho-
niele* liberati sunt: & quievit terra annis
40. (cap. 3. 11.)

II. Ab *Eglone* Moabitarum rege per annos
18. oppresi; (cap. III. 14. ab *Ehud* libe-
rati sunt: & quievit terra annis 80. (cap.
3. 30.)

III. *La bâine rege Chananaæ per 20. annos oppressi, (cap. 4. 3.) à Debora & Barako liberati sunt: & quievit terra annis 40. (cap. 5. 31.)*

IV. A Midianitis per annos 7. oppresi;
(cap. 6. 1.) à Gideone liberati sunt: &
& quiete terra annis 40. (cap. 8. 28.)
Iudezi. populum nunguam *Judice carnis* ar-

bitrati, (ut ad I. Sam. XIII. 1. ab Abrabba-
stele est annotatum) annos quieti terræ hic
subjectos, Judici ibidem nominato attribuunt;
in quibus & opprimentium alienigenarum an-
nos, (ut sub eorum præfectura & capti &
finitos) comprehensos esse existimant. Eorum
sententiam in Chronico suo securus est Euse-
bius, & post eum plerique omnes Christiano-
rum Chronologi. Ita enim de prima oppres-
sione scribit Eusebius. *Misraim tunc invasit egyptum*
Egyptum dominos eum. n. & i. exiit deinde eis
Isidorus. & misraim invaserat. Post mortem
Iesu, subjectos tenuerunt Hebreos alienigena-
*annis octo: qui junguntur Gothoniellis tempori-*bis, secundum Iudeorum traditiones.* Ac si
Scriptura hic fuisset sensus, Othoniele prin-
ceps (qui annis 40. judicavit, pacem fuisse &
otium, tyranno Judicis auspiciis & virtute su-
perato.*

Illud vero incommodi Eusebio hic accidit scribit Melchior Canus, quod cum interregna omnia posteriorum Iudicium temporibus includeret, vide-retque illis quadam antecedentia ineptissime sequentibus copulari; etiam rem traditionibus Hebraeorum atribuit, ne ipse rei per absurdam primus esse auctor videretur. Nihil enim ille absurdius esse arbitratur, quam ut interregnorum anni, in eos redigi dicantur & contrahabi, quibus sub iudicibus terra à prælia dicuntur queriisse; quum in illis interregnis, aut perpetuum Iudeis bellum contra inimicos fuerit, aut servitus sine Iudice misera, res astuta, turbata omnia, nulla quies. Cujusmodi incommodis, etiam à Laurentio Codomano, & Dionyso Petavio, & Petro Poffino, & Nicolao Abramo & aliis, premi hanc sententiam videmus. A quibus ut nos expediamus, belli quidem & servitutum tempora, à pacis & quietis temporibus secerenda

esse libenter agnoscimus : sed annorum notatio-
ne, quieti *terre* apposita, quietis illius initium,
non autem vel ipsius quietis vel præfecturæ Ju-
dicum durationem ; designari statuum. Ita-
que illud *ερπνι* quievit, idem est dicimus
quod *quiete caput*, quemadmodum in Gene-
seos capite V. 32. & capite XI. 26. ἦν nobis
est, *gignere caput*; I. Reg. capite VI. 1. ἦν est
adficare caput : atque ubi tories in Scripturâ
Rex aliquis tot vel tot annorum fuisse dicitur
quum regnare inciperet, illud significare
nemo dubitat. Cumque numerorum in tem-
porum notatione ea sit ratio, ut interdum quando-
res aliqua contigerit, indicat interdum *qua-
ndiu ea duraverit*: (quæ duo Græci & Latini ca-
suum, (quibus Hebræi carent) variatione se-
pius solent distinguere:) in annis Oppressorum
posteriorum explicationem , in annis Quietis
terre, priorem hic accipendum censemus ; ut
sob Othoniele, (verbi gratia) 40. non annos
sed annis terra quievisse intelligatur, id est, à
præcedente aliqua epocha anno quadragesimo.
Quod, licet cum versione vulgata Latina non
conveniat, tamen cum verbo Hebraicis sat
congruere. Fr. Ribera ostendit: Hebreorum
consuetudinem esse docens, ut ab uno ad de-
cem aliando, à decem vero & ulterius sem-
per numeris *Cardinalibus* manetur pro Ordina-

*Jun. Para-
iel. facr. lib.
1. Sect. 95.*

*libus. Certiore vero nullam epocham, à qua
prima sub Othoniele quietis terra suppuntatio
deducatur, invenire possumus, quam celeb-
ritam illam terrę quietem, quam, (devictis
Chananaz regibus, qui junctis viribus & to-
tis copiis adversus Israëlitas insurrexerunt) à
Iosuā constitutam, & partitioni terra præviam
factam Spiritus sanctus memorat: Iosuā XI. 23.
& XIV. 15. Superatis igitur Mesopotamensibus
(qui post illos alienigenarum primi universa
terre Israëlitica bellum intulerunt) quies,
(annis post prioris illius initium quadragesima)
reddi copta est: victore deinceps Othoniele,
usque ad mortem, Rempublicam administra-
te, & populum in veri Dei cultu continere sa-
tagante, quod pricipuum horum Iudicium
opus fuisse, ex cap. II. 17. 18. 19. (ubi hujus
partis historie suminam propositam fuisse dixi-
mus) intelligitur.*

In sequente deinde historiâ, per ipsorum Iudicium annos temporum series hunc in modum habetur disposita.

<i>Abimelech</i> , ann. 3.	cap. IX. 22.
<i>Tola</i> , ann. 20.	c. X. 2.
<i>Jair</i> , ann. 22.	c. X. 3.
* <i>Philistai</i> & <i>Ammonei</i> , oppresterunt <i>Israel</i> ann. 18.	c. X. 8.
<i>Iepheth</i> , ann. 6.	c. XI. 8.
<i>Ibsan</i> , ann. 7.	cap. XII. 9.
<i>Elon</i> , ann. 10.	c. XII. 11.
<i>Addonus</i> , ann. 8.	c. XII. 14.
* <i>Philistai</i> , oppresterunt <i>Israel</i> ann. 40.	c. XIII. 1.
<i>Samson</i> , ann. 20. judicavit <i>Israel</i> in diebus <i>Philistorum</i> .	c. XV. 20. & XVI. 21.

Ubi notandum, duarum illarum oppressionum priorem in Jairis, posteriorem in Samsonis tempora incurrisse: quemadmodum in sequente capite declarabitur. Reliqua ad huc est libri Iudicium appendix duplex, altera in quinque postremis hujus libri capitibus, altera in Ruthæ libello (quem Hebreos in librum Iudicium compegiſe, in Galeato suo Prologo confirmat Hieronymus) comprehensa. Prior, idoli Mice, (cap. XVII.) Daniticæ expeditionis & idololatriæ, (cap. XVIII.) nefarij stupri, à civibus urbis Gibæ Levitæ cujusdam concubinar illati, (cap. XIX.) & belli Benjaminici, (cap. XX. XXI.) historias complectitur: qua omnia temporibus illis contigiles referunt, quibus non erat rex in Israele, sed quisque quod rectum videbatur in oculis suis faciebat (cap. XVII. 6. & XVIII. 1. XIX. 1. XXI. 25.) idest, quum nullus esset magistratus summo praeditus imperio, qui populum in officio suo continebat: cujusmodi ~~αὐτός~~ inter mortem Seniorum qui Iosuæ superstites fuerunt & primam sub Cushane populi servitutem extitit; quo temporis intervallo Israelitas in terra habitantes a verbo Dei cultu primum defecisisse, & idololatria fere poluisse, Scriptura, indicat. (Jud. II. 7. 14.) Eodem itaque tempore Benjaminiticum

illud bellum gestum fuisse, Josephus (lib. 5. Antiquit. cap. 2.) recte retulit, quo & Phineasum Eliazari filium, Aaronis nepotem, summo Sacerdotio functum fuisse ipsa Scriptura diserte exprimit; (Jud. XX. 28) quem sub Josua & illi superstitibus senioribus claruisse constat. (Josu. XXII. 31. & XXIV. 33.)

Ruthæ historia temporibus illis accidisse legitur, quibus iudicabant Iudees. (Ruth. I. 1.) Ehud nimirum, ut ab Hebreis in Seder Olam. cap. 12 habetur traditum; vel Samgar potius, qui post hunc seruavit & ipse Israelem; (Jud. III. 31.) licet ejus temporis Hebrei in loco citato in Ebudis annis incluserint. Post ingressum enim Israeliteorum terram promissionem, Salmon genuit Booz ex Rabah, Booz Obedum ex Rutha, Obedus Iesse, Iesse Davidem regem. (Math. I. 5. 6. Ruth. IV. 21. 22.) Equibus Boozum seniorenum fuisse cum Rutham diceret, ipsius ad eum verba (Ruth. III. 10.) satis innunt: de Iesse vero in (I. Samuel. XVII. 12.) exprefse legitur: וְיָהִי אֶת־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל קָדוֹם אֶת־עַמּוֹתָיו וְיָהִי אֶת־בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל כָּפֹר בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל. quod Hebreis, qui ad comparationis gradus designandos peculiares flexiones habent nullas, aliud nihil sonat; quam virorum omnium, qui Saulis temporibus vixerant, maximum natu illum fuisse habutum. Et omnes sane memoratos illos patres admodum senes fuisse oportet, quem filios susciperent. Cum enim ineunte anno ab exitu ex Aegyptia 480. & regni Salomonis 4. ja^{ct}a Templi fundamenta fuerint; (I. Reg. VI. 1.) demptis inde 40. annis in deferto aet^e 70. annis vita Davidis, II. Sam. V. 4.) & 3. regni Salomonis; reliqui erunt, ab ingressu in terram ad nativitatem Davidis, ann. 366. uti etiam ab Aben Ezra ad postremum Ruthæ capitulum est observatum. Eos annos ita nos commodissime distribui posse existimamus: si Rachabam primo in loco annis post Israeliteorum ingressione in terram XLII. Boozum peripele ponamus; deinde ipsi Boozo. CII. Obedo. CXI. totidemque Iesse annos ante mundiorias attribuamus. Quam gignendi atatem qui per se satis superque longam esse consideraverit; quo majoribus accessionibus ea accreverit, eo minus eam in se habiturum probabilitatis atque verisimilitudinis, non poterit non animadvertere, cujusmodi augmentorum gradus eorum sententias consequi ne-

celes est, qui Salomonici Templi structuram non 480. cum sacro textu, sed vel 520. cum Dionysio Petavio, & Petro Possino, vel 527. cum Nicolao Abramo, vel 580. cum Nicolao Raimato vel Ludovico Capello, vel 592. cum Michaelo Mæstino, vel 598. cum Laurentio Codomano, vel 620. cum Johanne walthero, vel 680. cum Nicolao Serario, post exodus anno ceptum fuisse volunt.

At in nostrâ quoque hypothesi Jacobo Salliano absurdum esse videtur, quasi dedita operam tardas, in una eademque familia, ponere generationes; quam ad miraculum sine necessitate recurrere, & quidem quater in eadem familiâ iteratum, sibi profecto non placere profiteatur: Quod ut effugiat, ad ridiculum illud de

Salian An-
no Mund:
2741. Num-
26

tribus Boozis commentum mavult se recipere: quod omni sacra Scriptura testimonio destitutum, à Nicolao Lyrano (in capite 2. Ruth) ex apocryphis ncelio quibus Doctribus, ita habetur propositum. Dicunt Doctores nostri, & bene ut videatur, quod tres fuerunt Booz, sibi succedentes; quorum primus fuit avus, secundus filius, tertius nepos. Primus fuit filius Salmon quem genuit de Rahab; & tertius fuit iste, qui genuit Obed ex Ruth. Verum, ut in horum patrum longævitate non parum raritatis, atque in ejusdem (ad tres vel quatuor generationes) continuatione, divina fuisse benedictionis plurimum, fatemur libentissime; ita hic aliquid fuisse miraculi, quod naturæ ordinem & vires superaret, agnoscere omnino non possumus: quum in posterioribus quoque seculis homines, qui his in longævitate nihil concederent, extitisse nullum sit dubium.

Rachaba certe, si vicinaria (quum in Chananæam ingredierentur Israëlitæ) extisset, & post 42. deinde annos (quod nostra fert hypothesis) Boozum peperisset; annum etatis 62. non excessisset: post quem aniculatum nostro etiam seculo parientium non desunt exempla. Ad longævitatem vero quod attinet: Jehoiam-dam Pontificem longe post hæc tempora CXXX. annos vixisse Scriptura confirmat, (II. Chronic. XXIV. 15.) * In Tmolis montis cacumine, quod vocant Tempis, CL. annis vivere, Mutianus authore est: totidemque annos censum, Claudi Caesaris censurā, T. Fullonum Bononiensem idque collatis censibus, quos ante detulerat, vitaque argumentis (etenim id cura Principi erat) verum apparuit. * In censu vero à Vespasianis Imperatoribus acto, centum viginti annos, Parma tres edidere, Brixelli unus. CXXV. Parma duo. CXXX. Placentia unus. CXXXI. Faventia una mulier. CXXXII. Bononia. L. Terentius Marci filius, Ariminii vero M. Aponius, CL. Tertulla, CXXXVII, circa Placentiam, in oppido Vellieacis CX. annos sex detulerat, quatuor CXX. unus CLX. In regione Italia octava, centenū annorum censi sunt homines LIV. centenū denūm homines LVII. centenū vicenū quinū homines duo, centenū tricenū homines quatuor, centenū tricenū quinū aut septenū totidem, centenū quadragenū homines tres.

Atque ut ad nostra tempora propius accedamus: Thomas Ravennas in quinto capite, libti De vita hominis ultra CXX. annos protracta, ad Julianum III. Pontificem scripti, inter alia, anno Christi 1536. Zaconum quemdam ex Lacedemone, annis fere CXXX. & alium ex eadem urbe ultra annos CXXX. supervixisse; & in Ægæo mari viros duos CXXX. annorum visos fuisse confirmat. * In prælio Flodonesi Dux Anglus Jacobus wenston, Praestonæ in wenston-dale apud Eboracenfus ortus, anno Domini 1600. annos CXXXI. natus vitam finiit. In Hiberniâ Desmonia Comitissa Edovardo IV. in Angliâ regnante, Comiti marito nupta, meo tempore & viva fuit & vivida; circa annum demum vite CXL. defuncta. Lauren-

tium quendam Scotum annos ætatis CXL. pifcatum prodidisse, ⁴ ex Buchananio refert, (in prima orationis Chronologica D. Paræ Elencho) Josephus Scaliger: de suo insuper adjiciens. Nos possumus producere, quos CXX. CXXV. CXXX. annos vite explesse scimus, vidimus, meminimus. Unus etiam senex amicis nostris miraculo fuit Lutetia, anno Christi 1584. qui miles pugna Montis Leheris interfuerat sub Ludovico XI. Is major annorum CXL. omnibus membrorum officiis integris Lutetiam sole conculerat litigata cuiusdam persequenda causa. Quibus & illa addantur Jacobi Bonferrii Jesuitæ, in Ruth capite 1. Ante annos paucos in finibus Sylva Thuringiaca repertus est senex unus, qui Confirmationis Sacramentum à suffraganeo Episcopi Bambergensis accepit annos natus 150. qui jam filios haberet centenarios, nepotes septuagenarios (ut nostrorum litteris acceptimus) aliisque ducenti, annum centesimum exceperunt. Et ut tandem concludamus. Thomas Parrus Iohannis filius winningtoniæ in agro Sallopiensi anno quamdiu ille vixit, cum eo manxit: ipseque demum, anno Christi 1483 natus, quum 80. esset annorum primam uxorem duxit: cum qua 32. annos vixit; & sub qua commissi cum alia adulterii convictus, 105. annorum senex publicam in Ecclesia Alberburiensi egit paenitentiam. Quum anno deinde fuisse 122. secundam accepit uxorem, que quamdiu ille vixit, cum eo manxit: ipseque demum, nobilissimi Thomas Arundelii & Sutriæ Comitis cura & sumptibus in letica Londinum perductus, sub finem Septembris ann. 1635. & magna Britannia regi Carolo est exhibitus; quum annum 152. & menes aliquot vivendo peregriset. Ex his igitur fatis apparet, ad nostra usque tempora nonnullos ultra annos non modo CXX. aut CXL. sed etiam CL. vitam produxisse: quos nemo maturatus est in tanta longævitate post annum CXI. prolem, ex adolescentibus præstissim feminis, suscipere potuisse.

C A P. XIII.

Annorum 479. inter Exodum & Templa Solomonici exordium intercedentium summa in membra sua integrantia dividitur: tempusque peregrinationis in deserto, partitionis Terra & primi anni Sabatici, cum annis Iudaicorum & primorum Regum Israëliticorum, speciatim explicatur & confirmatur.

V T intervalli, inter Exitum ex Aegypto & jaœla templi fundamenta interjecti, spatium distinctius possit intelligi: in quatuordecim illa membra, (simul integrum 479. annorum summam constituantia) dispersi libuit.

	<i>Anni.</i>	<i>menses.</i>	
I. Ab exitu Israelitarum ex Aegypto usque ad transitum ab eis Jordanem;	40.		malum in conspectu Domini. Inde enim in Chronologiz sua libro 1. cap. 9. colligit Henricus wolphius, anno secundo post exitum Israelitarum ex Aegypto, addendos esse hos annos quadraginta quibus iusto Dei iudicio in desertum reducti & mortui sunt. Verum quum non huic solius offensae, sed etiam ceterarum iniuriarum & fornicationum suarum poenam hac quadraginta annorum mora in deserto luituros peccatores illos Deus dixerit; atque inter eos maxima, & quam vindicaturum se Deus significaverat quum novi peccati occasione populus esset puniendus, (Exod. XXXII. 34.) Vituli aurei adoratio fuerit, intra alterum ab egresso eorum ex Aegypto mensem admissa; ab ipso ex Aegypto exitu 40. horum annorum suppurationem esse deducendam res ipsa postularat. Quum certum omnino sit a die 15. mensis primi quo patres (Mose ducente) reliquerunt Aegyptum, (Numer. XXXIII. 3.) usque ad ejusdem mensis diem 10. quo eorum filii (Josua duce) transierunt Jordanem (Josu. IV. 19.) annis ipsis 40. complendis quinque defuisse dies.
II. Inde ad quietem per Ehudem, (occiso Eglone Moabitarum rege) terrae restitutam.	80.		^{a Vid. Deut. IX. 18.}
V. Inde ad quietem per Deboram & Barak, (profligato Jabinis Regis Chananearum exercitu) terrae restitutam.	40.		24.
VI. Inde ad quietem per Gideonem (Midianitis devictis) terrae restitutam.	40.		
VII. Inde ad initium regni Abimelechi filii Gideonis.	9.	2.	
VIII. Abimelechi, Tolæ & Jairis, anni	48.		
IX. Jephthæ.	6.		
X. Ibsanis, Elonis & Abdonis,	25.		
XI. Eli & Sampsonis,	40.		
XII. Samuelis,	21.		
XIII. Saulis regis,	40.		
XIV. A morte Saulis ad iacta fundamenta Templi Salomonici,	43.		

Summa ann. 479.

Primum membrum peregrinationis Israelitarum in deserto annos illos 40. complectitur, quorum roties in Scriptura fit mentio; Exod. XVI. 35. Deuteron. II. 7. VIII. 2. XXIX. 5. Jos. V. 6. Psal. XCV. 10. Nehem. IX. 21. Amos. II. 10. V. 25. Act. VII. 36. XIII. 18. quamquam in loco illo, Josu. V. 6. Graeca editio annos habeat XLII. Ita enim cum Augustino, quæstione 6. in Josuam, legit Codex noster Alexandrinus, itemque Romana editio atque Aldina, eamque secutæ Germanicæ omnes: licet in Complutensi editione, ad textum Hebraicum hic conformata, verba illa [§. 55.] relecta hic fuerint, & in Origenita, (ab Andri. Masio ex Syriaco suo exemplari expressa) ut in Graeco textu superaddita, obelo signata conspicuntur. Addita vero illa putantur, ex Numer. XIV. 33. 34. ubi reversis ex Chananæa post diem quadragesimum exploratoribus anni ab exitu ex Aegypto secuti muturantibus Israelitis moræ in deserto 40. annos hisce verbis à Deo decretos fuisse legimus. *Filiæ vestri erunt rapi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationes vestras; donec consumantur cadavera vestra in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus consideratis terram, annus pro die reputabitur; & quadraginta annis recipietis iniurias vestras.* Et ex deceti illius complemento, à Mose ibidem cap. XXXII. 13. sic exposito. *Ieratus Dominus adversus Israel, circumduxit eum per desertum quadraginta annis; donec consumeretur universa generatio, qua fecerat*

Quum enim paulo ante eductos ex Aegypto Israelitas, Mose 80. & Aaron esset 83. annorum (Exod. VII. 7.) anno ab exitu 40. mensis 5. die 1. Aaron mortuus est, annos 133. natus in monte Hore vita excessit. (Num. XXXIII. 38. 39.) Quem per 30. dies Israelite in ea statione luxerunt; priusquam castrametati sunt ad torrentem Zeredi (ibid. cap. XX. 28. 29. cum XXI. 4. 12.) quem transierunt 38. annis post reliquit Kadeshbarneam (unde exploratores in Chananæam miserant;) quum confecta jam esset tota illa virorum eras, quos in deserto occubitos Dominus juraverat (Deuteron. II. 14.) Unde 40. annos pro 30. dictos sensit ^b Georgius Syncellus, rotundo videlicet numero positum pro diminuto: quomodo etiam in loco illo Amos. V. 25. accipiendos eos esse docet Tornelli.

Eodem quoque anno illo ab exitu 40. mensis 11. die 1. Mose Deuteronomium populo proponere cepit: quum (Deuter. I. 3.) & die 1. sequentis mensis (ut vult Josephus lib. 4. Antiquit. cap. ultimo) mortem obiit 120. fuisset annorum; (Deuter. cap. XXI. 2. & cap. XXXIV. 7.) Cui quum populus per 30. dies parenta flet (Deuter. XXXIV. 7. 8.) ex ea statione (castris motis) ad Jordans ripas pervenit: ubi triduo consistens, mensis demum primi die 10. alveum eius siccis pedibus transiit. (Josu. III. 1. 2. & IV. 19.) Cum igitur ante exitum ex Aegypto Aaron 83. Mose 80. annorum fuerit; & currente anno ab exitu quadragesimo, Aaron 123. Mose 120. annos natus vitam finierit; intra annum quadragesimum commemorationem filiorum Israelis in deserto esse concludendam dubitare non licet, ac proinde, aliad nihil in illo numerorum loco Deum statuere voluisse, quam totam Israelitarum in deserto peregrinationem ad annos 40. esse extendendam; quemadmodum quadraginta dierum spatio terram exploratores lustraverant.

Secundi membra spatium, ex verbis illis

Calebi

^b Georgius Syncellus. Chron. pag. 137. 142.
Tornelli. ad ann. Mund. 2544. num. 66.

Calebi ad Josuam colligitur, Josu. XIV. 7. *Quadragesima annos natus eran quando misit me Moses servus Domini de Kedesh-barnea ad explorandum terram.* & comm. 10. *Quadragesima & quinq[ue] anni sunt, ex quo locutus est dominus verbū istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem;* & nunc ecce ego hodie natus sum octoginta quinque annos. Cum enim quietis est terra à Bello, partitus est eam Josua tribibus Israëlis cis Jordanem constitutus, initio à tribu Iuda factio (Josu. XI. 23. cum XIII. 7. XIV. 1. 2 & XV. 1.) Quo tempore ex ea tribu Calebus (oratione hac ad Josuam habita) Hebronem à Mose sibi promissam, possidendam obtinuisset: ut prius capite XI. 23. ita hic denuo capite XIV. 15. (ne celebris hic quietis terræ epocha ignoraretur) à Spiritu sancto est repetitum; ηνθρωπὸς πάρον γῆς. *Quieta vero fuit terra à bello.* 46. anni secundo migrationis ex Ægypto mense 50. quo Kadesho Barnea ad Iustrandam terram exploratores fuisse missos, in Annalibus nostris est ostensum, numerati anni 45. in anno ab exitu 47. mense 5. definiti; & à transitu Jordani anni 6. cum mensibus fere 4. principatus Josuat relinquent, cœptæ & quietis & partitionis terræ epocham, illis Caleb verbis præmonstratam. Hebrei in Seder Olam, cap. 11. Bellis Josuæ usque ad partitionem terræ septem annos attribuantur: Josephus vero (lib. 5. Antiquit. cap. 1.) non piures quam quinque. Terræ enim explorationem biennio post exitum ex Ægypto factam ponentes, eisq; 45. Caleb annos addentes, ab Exitu ad hoc usque tempus annos 47. numeraverunt. Moræ vero in deserto author Seder Olam 40. tantum annos attribuens, iis ex 47. deductis, septem annos subjugationi terræ reliquit: Josephus vero, (ut videtur,) juxta aliquot rationes, (de quibus in precedente membro est dictum) errorem in deserto 42. annorum fuisse existimans, eo numero ex 47. subducto, annos quinque tantum reliquos factos invenit.

Sexto post transmissum Jordanem die, post die Paschatis, comedentibus Israëlitis de annona terra, sequente die Manna cessavit: (Josu. V. 11. 12.) Quum igitur, ut proximo autumno agriculturæ ab iis opera daretur res exigetur: tum primum ab eis observari cæptum est præceptum illud, Leviticus XXV. 2. 3. 4. *Quum ingressi fueritis in terram quam ego do vobis, tum sabbatizabit terra Dominus.* Sex annis seminabis agrum tuum, & sex annis putabis vienam tuam, & colliges proventum illius. Anno vero septimo Sabbathum cessationis erit ipsa terra Sabbathum Domino: agrum tuum non seminabis, & vineam tuam non putabis. Itaque ut autumnus primi ab ingressu anni agriculturæ anno primo, ita autumnus anni ab ingressu septimi anno Sabbathico initium dedit; ille ipse videlicet autumnus qui cæptam quietem & partitionem terræ proxime est insecutus: atque ut ab autumno illo annorum Sabbathicorum, ita ab hoc Jubilæorum epocha deducenda. Ut enim ab ingressu terræ, (juxta illam Leviticus legem) Sabbathicorum initetur ratio, agricultura communis (ante suas quinque tribui

portiones assignatas) ad viçtum suppeditandum requirebat necessitas: & ut à terre possessione, ejusque inter singulas tribus particione, Jubilæorum penderet calculus, peculiare illis iupra alios annos Sabbaticos annexum prævilegium postulabat; quod neminem, illis advenientibus, extra propriam possessionem esse permittebat, quandoquidem ad annum Jubilæum respectu habito, contractus omnes ita temperari oportebat, ut annus quinquagesimus alienis possessionibus quemque detinuisset (Levit. XXV. 8. ---- 16. Numer. XXXVI. 4.) A primo autem anno Sabbatico ad septimum, atque ita deinceps numeratione facta, utroque (ut moris est, inclusu termino, & septem annalibus hebdomadibus in medio relatis, Jubilæus exurgebat; quemadmodum in singulare de Sacris Hebdomadibus tractatu, si Deus vitam & facultatem dederit, plenus declarabimus.

Tertium interim præsentis supputationis membrum ex verbis illis, Judic. III. 11. defluminis; *Et quietis terra quadragesima annis:* non quod post devictum ab Othoniele Cushanem Risathaim regem Mesopotamie, per tot annos pace fruerentur Israëlitæ: sed quod quiete cœperit terra anno quadragesimo postquam quies in ea per Josuam constituta fuerat; (ut in superiori capite est ostensum) intra illud spatium, non octo solum annis quibus Israëlitæ Cushani servierant, sed etiam annis quibus post partitionem terra supervixit Josuæ, & quibus Seniores prolongarunt dies suis post Josuam, (Josu. XXIII. 31.) id est, Josuæ superstites fuerunt, comprehensis. Etiæ enim post quietem Israëli à Deo datam, Josuam וְיָמֵינוּ multis diebus, five longo tempore superfluisse legamus; (Josu. XXIII. 1.) simili tamen prorsus modo & bellum quoque eundem antea cum Chananæ regibus וְיָמֵינוּ longo tempore gessisse legimus: (Josu. XI. 18.) quum omnia tamen cum iis commissa prælia, intra 6. annorum & 4. mensium spatium peracta fuisse, in 2. capit. hujus membro jam demonstratum viderimus. Ut intra 32. post cæptam Terræ partitionem annos confecta ea futurum omnia, & que sub Josuæ (in decem portemis libri illius capitibus) & sub senioribus illi superstibus (in primo libri Judicium capitulo, & sub ἀνταρτικοῖς insecuris (in quinque portemis ejusdem libri capitibus) contigisse referruntur.

Quæ vero in fine commatis 11. capit. III. libri Iudicium leguntur verba, ad proximè sequentem versiculum referenda hinc in modum sunt. *Et mortuus est Othoniel Kenaz filius; atque iterum fecerunt filii Israël quod malum erat in oculis Domini;* quomodo de iisdem scriptum legitur supra cap. II. 19. *Postquam mortuus esset index,* revertebantur & multo faciebant pejora quam fecerunt patres eorum, sequentes Deos alienos & servientes eis. Et infra cap. IV. 1. *Et filii Israël iterum fecerunt malum in oculis Domini quoniam morruerunt est Ehud.* Neque enim novum est, ut que ad eandem pericopem, pertinent in nostris libris à se invicem disjuncta conspiciantur.

Quod

* Tamuld.
Babylonie.
in Transf.
¶ 17
c. 1.
¶ Elijah Pra-
dict. 3. Mafo-
reth. Hamo-
reth.

* Rainold.
Praelect. 146.
de libr. Apo-
tropia.

Quod ne mirum cuquam videatur; sciendum est, Biblicorum verium distinctionem a primis Masorethis traditam, diversam multis in locis ab eis fuisse, quam a posterioribus Masorethis hodiernus usus retinet; indeque factum, ut a illis medius legis versus in **לְבִתְהַנּוֹתָר** (Leviticon XIII. 33.) ab his in **לְפִנֵּי יְהוָה** (Levi. VIII. 8.) esset designatus. Indeque R. David Kimchi in 2. Chronic. XXX. vocem **לְבִתְהַנּוֹתָר** à fine versus 18. ad initium versus 19. transferre non veretur; **כְּעַד כִּי בְּכָבוֹד חֶכְמָה** Pro omni qui cor suum paravit. Aliaque varia scriptura loca clarissimus Rainoldus annotat: in quibus *accentus qui periodum & comprehensionem terminatam indicat*, saepe omis-sus quum addendas erat, saepe additus quum omitendas. Quibus addere etiam licet, quod Esaiæ capite LIII. in fine commatis 9. legitur, cum sequentis commatis principio sic esse con-jungendum. *Quamvis non fecerit violentiam, neque fuerit decus in ore ejus: Deo tamen placuit conseruare ipsum*, &c.

Quartum membrum in loco illo, Judic. III. 30. habetur expressum. *Et quiete terra octo-ginta annis:* non quod per tot annos Israelites Ehud præfuerit, (quod ab omni verisimilitu-dine est alienissimum) sed quod occiso per Ehu dem Egione Moabitum rege, cui per 8. an-nos Israelitæ servierant, quiete cœperit ter-
ra anno octogesimo post priorem pacem ab Othoniele illi restitutam.

Quintum in illo, cap. V. 41. *Et quiete terra quadraginta annis.* Quo similiter significatur, per Deborah & Barakum profugato exercitu Jabinis regis Chanaanis, qui per totos 20. an-nos Israelitas oppresserat, quiescere cœpisse terram, anno quadrageimo post priorem quietem ab Ehude illi redditam: intra illud spatium comprehenso etiam Samgaris tempore, qui post Ehudem Israelem vindicavit, percuti-sse excentis Philistæis stimulo bovis. (cap. III. 31.)

Sextum in illo, cap. VIII. 18. *Et quiete terra in diebus Gedeonis annis quadraginta.* Quorum verborum eadē etiam est sententia: per Gedeonem debellatis Midianitis, quibus per se-pennum Israelitæ servierant, anno quadrage-simo post quietem à Debora & Barako terra redditam, quiescere eam denuo cœpisse in diebus Gedeonis.

Septimi membra spatium in Scriptura non ex-primitur; sed reliquorum omnium numerorum ex integra 479. annorum summā subduktione colligitur. Ut enim qui à morte Iosuæ primos *quietis terre* annos dinumerant, & in sequen-tium Judicum excessu terminant, ex hujusmodi deducione 16. vel 17. annos Iosuæ præfecturæ tribuendos esse concludunt: ita & nos qui me-liore (ni fallimur) ratione, à quiete ad quietem annorum supputationem instituendam esse cen-semus, sex primorum & postremorum mem-brorum numeris ex numero 479. subductis, annos 9. cum mensibus 1. spatio inter viatoriam à Gedeone de Madianitis partam & exordium regni Abimelechi filii ejus interposito tribuen-dos, relinquimus. Quod sic tamen acci-pi volumus, ut reliquorum membrorum annos

omnes plenos fuisse ponamus. Nam quantum cunque anno ad perfectionem defuerit, tantum-dem membra hujus spatio addendum esse intel-ligimus.

Ostavi membra spatium, ex *Abimelechi* anni-3. (cap. IX. 21.) *Tole* 23. (X. 2.) & *Jairis* 22. (X. 3.) conficitur; Ubi notandum, idolo-latria Israelitarum, sub Abimelecho cœpta, sub Jaire demum pœnas Deum repetivis, im-misis in eos Philistæs & Ammonitis. Erū enim ante horum oppressionem mors Jairis in Scriptura commemoratur (c. X. veri 5. 6. 7.) tamen per prolepsin hoc fit; ut deinceps, or-dine non interrupto, de causis, duratione & fi-ne servitutis Ammoniticæ, a Jephthā demum su-blata, simili ageretur, cuiusmodi *וְאֵת מִתְּרוֹתֶךָ* in ipso sequentis XI. capituli initio, in Gene-seos capite XI. & alibi passim occurunt. Ideo querum Hebrei unico suo præterito, alio-rum etiam plusquam perfectum comprehen-dant; locus præsens, Iud. X. 6. ita reddi pos-set: *Et filii Israhel iterum fecerant quod malu-erat in oculo Domini*, &c. Jam inde videlicet morte Gedeonis ad idolorum cultum reversi (cap. VIII. 33.) Itaque ad annum Jairis 5. re-ferendum oppressionis hujus initium: ad 22. vero & ultimum, quod postea sequitur, cap. X. 8. *Hi autem confrigerant & conquaſſaverant Israhelitas anno hoc, inquam decimo octavo, om-nes Israhelitas, qui erant trans Jordanem*, &c. illud vero cap. XI. 4. ad priora principatus Jephthæ: *Fuit autem post annos illos (octode-cim sc. jam di&is, uti exponit Tremellius) cum bellum gererunt Ammonita contra Israhelitas*, &c. In Eusebiano quidem Chronicō ita anno-tatum hic legimus: *post Jair Hebraos in diri-ctum redigunt Ammonita annos 18 qui cum tem-poribus posteriorum Judicum computantur, se-cundum Iudaorum traditionem.* Verum eas cum Verbo Dei scripto parum convenire comperimus. Nam in eo, calamitatis hujus anno 18. & ultimo, Jephthā posteriorum Judicum primo principatum nondum adepto, Israelitis resi-pientibus & Deos alienigenarum ē medio fu-removentibus misertus eorum Deus fuisse legi-tur. (cap. X. 16.) Deinde, debellatis à Jephthā Ammonitis & viginti eorum civitatibus ca-ptis, Ammonitæ plaga magna admodum per-cussi, & à facie Israelitarum depresso fuisse di-cuntur, (cap. XI. 33.) unde manifestum est, ad consequentium Judicum tempora Ammoniticæ oppressionis annos istos 18. referri non posse. Denique ex diffidio illo, quod post depressos Ammonitas, inter Ephraimitas & Jephtham cap. XII. orru fuisse narratur, in quo Ephra-imatum ad Jordanem jugulata sunt 42. millia colligitur, Israelitas pristina libertate recupera-ta tum ab Ammonitarum tum à Philistæoru-m servitute fuisse immunes: quippe qui alias no-contraria se invicem, sed junctis viribus contri-communes hostes fuisse depugnaturi. Vide *Masseum in quinto libro Chronic. Mercatorem in Demonstrat. temporum methodi cap. 1. Salia-num initio anni Mundi 2832. libro 9. Harryl-leum in 4. temporis periodo, sect. 53. difficul. 8. Bonfrerium in Judic. X. 8. & Heuricum Philippi*

in ist. Judic. quod. 7. Et Jephtham, cum Ammonitis congressum, obiecisse illis Legimus; Israelitas per annos trecentos in terra Galaaditica habitavisse. (cap. XI. 26.) quum ab occupata ab his terra illa anno post 40. exitum ex Aegypto usque ad hoc tempus, non plures quam 264. anni juxta nostras rationes intercesserint. Ad quod recte cum aliis respondent Torniellus & Bonfrius; non curavisse Jephtham numerum assignare cui nihil deesset aut superesset, sed potius majorem numerum assumptam, sive ut causam suam juvaret, sive quia modus loquendi vel scripturæ vel hominum passim id ferebat.

Nonum membrum ex 6. annis Jephthæ constat. (Jud. XII. 7.) Eum trecentos dixisse perfecto & rotundo usum numero, propterea quod magis ad trecentos quam ad ducentos is numerus accederet. Quum autem temporis præscriptione (in postillionibus suis tuendis) contra adversarios utentes, amplificare eam potius quam diminuere in more sit positum: suam potius quam nostram hic evertunt hypothesam, qui hoc adversus nos argumento pugnantes, indeque evincere se posse putantes, Oppressorum annos in majoribus aliis non esse includendos, ipsi suo calculo plures quam 300. annos Jephthæ præscribentibus hic relinquunt.

Decimum membrum ex Ibsanis annis 7. (cap. XII. 9.) Elonis 10. (XII. 11. & Abdonis 8. (XII. 14.) constituitur. Eos Judices Galaditis tantum & tribubus Transammanis, per Jephtham ab Ammonitatum servitute liberatis præfuisse. Nicolaus Abramus censet; Eli interim Pontifice alii tribubus, Philistæorum jugo adhuc pressis, jus dicente. Sed licet Jephthæ, devictis Ammonitis, ex pacto cum suis initio Galaaditicam solum præfectorum consecutus fuerit (cap. XI. 9. 10.) cæsis tamen postea. XLII. Ephraimitarum milibus (cap. XII. 6. 7.) & post eum Ibsan Bethlehemita itemque Elon Zebulonita & Abdon Ephraimita, Israelem judicavisse dicitur; (ibid. 8. 14.) totum utique, non illius portionem, à maximâ & potissima Israelicæ terre parte (Jordane intercurrente) seclusum. Nam & eodem loquendi genere ante Jephtham, tam Tola quam Jair Israelem judicavisse leguntur: (cap. X. 2. 3.) neque alias justa aliqua redi poterit ratio, quare post Jephtham Galaaditanus tribulum suorum aliquibus potius, quam aliis ex tribu Iudea, Zebulonis & Ephraimi delectis, sese regendos permitterent.

Hic etiam præterea est notandum, Elonis Judicis annos 10. ab Eusebio esse prætermisso; tanquam in LXX. Interpretum editione non repertos. Sic enim ille, in Chronico, Post Esebon (ita Ibsanem ille appellat) in libro Hebreorum fertur Judex Elon rexisse populum ann. 10. qui non habetur apud LXX. Interpretes: &

cum fecetus Beda, in libro de Temporibus: Hic cum annis decem suis in LXX. interpretibus non habetur. Contra tamen Anianus Ale-

xandrinus monachum Eusebium hic incutans, Aduo ror excedit in scriptis suis, episcopam in Iesu-

in diez eis cœlum versus episcopatum in scriptis suis auto intravit. Præterea Adon Judicem non revo-

suit, Israelem decem annis Judicantem: LXX.,

vero interpretes undecimum eum Judicem posse-

runt; ubi Adui nomine Elom intelleguntur fusi-

se constat: non Aduum sive Ehudem, secundum

Judicem Eglonis interfactorem, ut falso libi

hic persuasit, Scaliger. Et sane Elom (cum

suo decennio) non nostri solum libri Graeci omi-

nes habent, sed illi etiam quibus usus est anti-

quissimus scriptor Theophilus Antiochenus, in

libro 1. ad Antolycom, atque ii etiam. (quod

miseris) quos in libro 10. de Preparatione

Evangelica, cap. 14. fecutus est ipse Eusebius.

E quorum idcirco, calculum eo modo augen-

tium numero Georgius Syncellus. Nam Cle-

mentis Alexandrinii corruptus ille locus est, li-

bro 1. Stromatum. Abaras in C. imla ibar i

Zabalonitem, in oīlā i mla Eba i Egrā i mīlā,

Eba i mīlā i Abas i eton i mīlā, suwām i

Ebām i mīlā i Abadibān (is Ibsan est)

annis 7. Deinde Ebron (is Elon est) Zabuloni-

tes, annis 8. Deinde Egon (Abdon ille est) ex

Ephraim, annis 8. Nonnulli vero cum Abattanis

(sive Ibsanis) annis septem conjugunt Ebori

(sive Elonis) annos 40. vel 4. potius; ut in

Latina sua versione Gentianus Heretus emen-

davit. Nam vel 4. vel 3. (quot annos Egioni

five Eloni in Nicephori Constantinopolitanæ

Chronologia tributos videmus) hic legi opor-

tere, illud arguit, quod numerus illi ab illis in

alterius septenario, tanquam majore numero,

inclusus fuisset, significetur: quod perinde est,

ac si Elonis annos illi cum Eusebiorum præ-

terissent. De commentario enim illo (quem

hic sibi Scaliger fixit,) a quo sive trajectio-

nne, nihil opus est ut lectorum admoneam. Ex

quibus omnibus liquet, quam incerta olim, ut

alibi, ita & hic editionis quæ LXX. interpre-

tibus tribuitur lectio: alii cum annis suis

plane prætermittentibus; alii 10. aliis 3. vel 4.

annos illi assignantibus; nonnullis Alar vel

Aīar (ut apud Theophilum) eum nuncupan-

tibus, aliis Eīar (ut apud Nicephorum CP.

aliis Eīar ut apud Clementem, & aliis Aduo,

(ut apud Anianum.) neque hujus generis aliud

quid est quod hic adjiciam, quam quod à George

Syncello est notatum; Abdon Judici Ju-

lium Africanum annos tribuisse 20 pro 8. er-

ore, Græcorum numeralium &c. similitudi-

ne, facillime orto.

Ad undecimum membrum referuntur qua-

draginta illi anni quibus Philistæ oppressi

dicuntur Israelem; cap. XIII. 1.

*a Torniel.
ann. Mund
2591. num.
18. & 2849.
num. 3.*

*b Abram.
Phar. Vet.
Teft. I. 10.
cap. 2a.*

CHRONOLOGIÆ SACRÆ

PARS POSTERIOR.

DE ANNIS REGUM
ISRAELIS ET JUDÆ.

VT Regum Judæ & Israelis annorum calculum, qui admodum perplexus est, commodius alsequamur: duæ Periodi distincte sunt consideranda, in quarum capite utriusque regni Principium initia concidunt. Prior est, a principio Rehoboami Regis Judæ & Ieroboami Israëlis, usque ad Achaziam. Iudaici & Iehoramii Israëlitici exitum: posterior, ab initio Athalia quæ Judæ, & Iehu qui Israëlis regnum invasit, usque ad Regni Israëlitici exidium, quod in fine anni sexti Ezechia regis Judæ contigit. Quum enim (ex II. Regum IX.) eodem tempore Achaziam & Iehoramum à Iehu occisos constet: cum illorum exitu ipsius Iehu & Athalia simul conjunctum esse initium, manifestum est. Et licet inter mortem Salomonis, quam statim excepit regni Rehoboami initium & distractionem regni Israëlitici, quæ Ieroboami dominatum principium dedit bimestre fere temporis spatium intercesserit, Scriptura tamen regnum Rehoboami, in Juda, & Ieroboami in Israële ab eodem deducit principio. Cum enim 17. annos Hierolymis regnavisset Rehoboam; ei defuncto filius Abia anno 18. Ieroboami successore memoratur (I. Reg. XIV. 21. 31. cum XV. 1. similiterque, II. Chronic. XII. 13. 16. cum XIII. 1.) quod recte dici non potuisse, si ab altiori termino Rehoboami quam Ieroboami numeratum fuisset exordium.

In priori igitur periodo, sequentibus Regibus hosce annos sacra tribuit Historia.

JUDÆ.

I. Rehoboam, ann. 17.
II. Abia, 3.
III. Aſa, 41.
IV. Iehosaphat, 25.
V. Iehoram, 18.
VI. Achazia, 1.

ISRAELIS.

I. Ieroboam, ann. 22.
II. Nadab, 2.
III. Boaſa, 24.
IV. Ela, 2.
V. Zimri, 7. dies.
VI. Omri, ann. 12.
VII. Achab, 22.
VIII. Achazia, 2.
IX. Iehoram, 12.

Ubi, quum paria deberent esse spatia: Regum Iudea tamen numeri 95. tantum annorum; Israëlis, annorum 98. & dierum 7. summam exhibent. Quare ut propior adhuc fiat exæquatio, utrorumque instituenda est collatio quam ex libris Regumita delineare possumus.

I. Vſserij Chronol.

JUDÆ.	ISRAELIS.
Rehoboam, ann. 17. (1. Reg. XIV. 21.)	1. Jeroboam ann. 22 (1. Reg. XIV. 20.)
2.	2.
3.	3.
&c.	&c.
16.	16.
17.	17.
Abiah, ann. 3. incipiens 18. Ieroboami. (1. Reg. XV. 1.)	1. 18.
2.	19.
3.	20.
* Aſa, ann. 41. incipiens 20. Ieroboami. (cap. XV. 9. 10.) desinente ſc.	2. 22. 1. Nadab, ann. 2. incipiens 2. & Aſa. (c. XV. 25.)
4.	3. 2. Baafsa, ann. 24. incipiens 3. & Aſa. (c. XV. 33.)
5.	4.
6.	5.
&c.	&c.
24.	22.
25.	23.
26.	24. 1. Ela, ann. 2. incipiens 26. Aſa. (cap. XVI. 8.)
27.	2. Zimri, 7. diebus anno, Aſa 27. (cap. XVI. 10. 15.)
	* Omri, anno 31. Aſa regnare coepit, &c. 12. annis regnavit. (c. XVI. 23.)
28.	3.
29.	4.
30.	5.
31.	6.
32.	7.
33.	8.
34.	9.
35.	10.
36.	11.
37.	12.

	12.	1. Achab, ann. 22.	
38	1	incipiens 38. Aſe,	
39	2	(c. XVI. 29.)	
40	3		
*Jehosaphat ann. 41	4		
25. incipiens 4.			
Achabi (c. XXII.			
41. 42.) ad finem			
vergente fc.			
	1	5	
	2	6	
	3	7	
&c.		&c.	
	16	20	
	17	1. Ahaziah, an. 2.	
		incipiens 17. Ieho-	
		saphat, (c. XXII.	
		51.)	
	18	22. 2.	
	19	1. * Iehoram, ann. 12.	
		incipiens 18. Ieho-	
		saphati, (II. Reg.	
		III. 1.) definitio fc.	
	20	2	
	21	3	
	22	4	
Iehoram, ann. 8. 1. 23	5		
incipiens 10. 2. 24	6		
rami Israelitici. 3. 25	7		
(II. Reg. VIII. 4. 8.			
16. 17.)	5		
	6	9	
		10	
		7	11
Ahazia, ann. 1. in- 1. 8	12		
cipiens Ioram Istra-			
litici 12. (c. VIII.			
23. 26.)			

In isto diagrammate, Regum principia (quae præcipue hic spectanda) ad eundem regis *omnium* annum referri vides, qui in sacrâ Scriptura habetur expressus: quartuor tantum exceptis locis, quos apposito asterisco prænotavimus. Eorum præcipuus ille est, qui *Omnia* regem spectat, Samariæ conditorem. Cum enim in I. Reg. XVI. 23. anno 31. *Aſe* regnavisse datur, & anni 12. ei assignentur: non à 31. sed à 27. *Aſe* deducendos eos esse communis Chronologorum est sententia: quandoquidem alias, *Aſe* (qui 41. regnavit annos) superstes fuisset *Omni*, eoque adhuc regnante principatum insister *Iehosaphat*, quum tamen filius & successor *Omni*, *Achabus* anno 38. *Aſe*, atque *Aſe* *Iehosaphatus* anno quarto *Achabi*, regnare cœpisse memorentur, (I. Reg. XVI. 29. & XXII. 41.)

Ita igitur res sepe habuit. Sublato *Zimri*, anno 27. *Aſe*, in partes populus Israeliticus est divisus: *Thibni* una *Omnia* altera parte sequente. (I. Reg. XVI. 15. 21.) *Emulo* deinde *Thibni* mortuo solus imperavit *Omni* ann. *Aſe* 31. ita tamen ut in legitima ann. serie continua, annorum illius 12. numerus non à monarchia hac, sed à primo ipsius dominio sit repetendus. Quod & in Latina sua versione ita exprimen-

dum censuit Tremellius. Anno trigessimo prius completo *Aſa* regis *Iehuda* (regnavit enim *Homri* super *Israel* duodecim annis) *Thibni* regnabat sexto anno; quum enim monum Schomronis à *Schemero* duobus talentis argenti. Quæ tamen verborum translatio nobis omnino esse videtur coactior. (ad regna)

Tres loci reliqui minus habent difficultatis: ut qui supponant tantum, numerum annorum Regis, cum quo alterius initium comparatur prope complectum fuisse; re ipsa illud postulante. Et cum in amorum serie recte digerenda, id imprimis curandum sit ut anni absoluti ab incompletis distinguantur; in hac Periodo est observatum, extremos Regum annos plerosque omnes, *Iudea* quidem plenos, *Israelis* vero inchoatos se accepideros. Cum enim *Rehoboam* una cum *Ieroboam* annis 17. regnare dicatur, eidemque *Abiā* filius anno 18. *Ieroboam* in regno successisse: & 17. *Rehoboam* illos plenos fuisse, & *Ieroboam*, 18 inchoatum facile intelligitur. Deinde cum per triennum regnans *Abiā*, successorem habuisse *Aſam* anno *Ieroboam* 20. memoretur: & *Abiā* tertium, & *Ieroboam* illum vicepsimum prope complectum fuisse, a diligentibus Chronographis est notatum; ita ut *Aſa* primus cum vicepsimo *Ieroboam* aliquot tantum dies, cum proximo vero annum pene integrum communem habuerit. Alter enim *Nadab* statim post *Ieroboam* patrem mortuus fuisset: cum tamen post illius mortem regnum eum accepisse, & ultra integrum annum illud tenuisse, ex I. Reg. XIV. 20. collat. cum XV. 25. appareat.

Sic & *Aſe* quoque annos 41. integros tribuentes, initium filii & successoris ejus *Iehosaphat* in anno quarto *Achabi* ad finem tendente collocaamus. Alioqui ipsius *Achabi* filius & successor *Achazia* patri vel non omnino, vel per paucos tantum dies fuisset superstes, quæ eadem etiam nos movit ratio, ut *Ieroboam*, in regno Israelitico fratris *Achazia* successoris initium ad *Iehosaphat* annum 18. pariter definentem referremus. Et quidem ex attenta facili contextus consideratione colligi posse videtur, *Achabum* & *Iehosaphatum* eodem fere tempore filios suos Proreges constituisse, consilio (ut à viro prudente est observatum) ab *Achabo* profecto qui suo fortasse exemplo affinem regem ad eundem honorem filio *Ieroboam* deferendum invitare voluerit: ut eo splendidiior genere, & cum eo *Athalie* filie suæ conditio atque status eminentior obtinget. Hinc *Achazia*, *Achabi* filius anno *Iehosaphati* 7. cœpisse, & biennio super *Israel* regnare legitur. (I. Reg. XXII. 51.) cuius biennii ut magorem partem vivente patre *Achabo* fuisse exactam, synchronismi ratio dubitate nos non finit: ita & reliquam, quæ mortuo patre non vicariam jam, sed absolutam potestatem obtinebat, undecim dierum (ut Codomano placuit) autem modi minutulo temporis spatio non esse cohibendam, illius suadet. Quod societatem cum *Iehosaphato* in *Ophiritanâ* expeditione primum negatam, ac ulteriore denum solicitatione obtentam, inierit, & classem simul

cum

cum eo *Ezione Geberis* paraverit; (1. Reg. XXII. 49. 2. Chronic. XX. 36.) deinde membrorum confusione quam ex calu contraxerat, laborans, ab *Elio* propheta tertia vice accersito responsum accepit, ex lecto non esse descendensurum, sed ex aggritudine illa tandem omnino moriturum, (2. Reg. I.)

Illi vero mortuo, fratres *Jehoram* in regno Israeliticu successisse dicitur, anno secundo ius ius *Jehoram* filii *Jehosaphati* Regis Iudee; (2. Reg. I. 17.) quod commodius explicari non potest, quam illa admissa hypothesi, qua eodem illo anno 17. *Jehosaphati*, *Jehoram* ejus filium Iudee Proregem constitutum fuisse, ejusque vicaria potestatis anno 2. (*Jehosaphati* patris desinente 18.) mortuo fratri *Abaziae* successisse in regno Israeliticu *Jehoram* alterum, ex Prorege jam regem factum. Cujus deinde ita regnantis anno 5. *Jehoram* quoque Iudee proregem a vivente patre *Jehosaphato*, iam seniore, regni factum fuisse conforentur, & quasi ex *Cesare* creatum Augustum, locus ille 2. Reg. VIII. 16 clare indicat. Anno quinto *Joram* filii *Ashabi* regis Iraelis *Jehosaphatu* existente sunc rege Iudee, regnavit *Jehoram* filius *Jehosaphati* rex Iudee.

Sic & ipsum *Jehoram* Judaicum, intestinorum incurabili morbo laborantem filium *Abaziam* Proregem constituisse anno *Jehoram* Israelitici 11. ex 2. Reg. IX. 19. colligimus: qui, patre deinde mortuo, regnum adierit anno ejusdem *Jehoram* 12. & per anni fere spatum illud administraverit. (2. Reg. VIII. 25.) Cum enim aliquam partem 12. anni *Joram* Israelitici 8. (licet inchoatus) annus *Jehoram* Judaici occupaverit, sponso, cum Scriptura 2. Reg. VIII. 16. in anno 5. Israelitici *Joram* regni ipius exercitio:) initium *Abaziae* nullum locum in 11. *Jehoram* Israelitici habere poterat, nisi aliquod ille imperium vivente patre obtinueret. Unde simul cum patre *Jehosaphato* triennio *Jehoram*, & post patris mortem, tum ipsum tum *Abaziam* filium quinquennio, regnasse concludimus. Ita igitur anni Chronologici regum Judaicorum hujus periodi eorumque initia ad annos Mundi accommodata representari poterunt: ab Israelitici regni distractione quam circa 3. mensis diem 23. in capite superiori contigisse ostendimus) ducto principio.

A. M. 3019. (circa mensis 3. diem 23.) *Rehoboam*, annos 17.
 3046. (circa mensis 3. diem 23.) *Abiah*, ann. 2. mens. 11. dies 17.
 3049. (circa mensis 3. diem 10.) *Afa*, an. 41.
 3090. (circa mensis 3. diem 10.) *Jehosaphat*, ann. 25.
 3111. (circa mensis 3. diem 10.) *Jehoram*, ann. 4. mens. 1. circiter.
 3119. (circa mensis 1. diem 10.) *Abaziae*, mens. 11.
 3120. (circa mensis 3. diem 10.) Principium sequentis Periodi.

Summa est annorum 90 mens. 11. dier. 17.

Ad quam Israeliticorum regum anni hoc conformandi sunt modo. Ab initio *Rehoboami*

ad 18. *Jehosaphati* prope completum quo *Jehoram*, postremum hujus periodi regem Israeliticum, imperare cōpisile diximus; annos fere 79. effluxisse vidimus. At sex primorum Regum Israeliticorum anni in Scriptura expressi, *Jehoboami* 22. *Nadabi* 1. *Baaſa* 24. *Ela* 1. *Omri* 12. & *Achabi* 22. summam annorum 84. constitunt: præter septem dies *Zimri*, & tempus illud quo *Abaziam* patri *Ashabo* superstitem fuisse ostendimus. Postremi ergo anni sex illorum regum inchoati tantum fuisse supponantur: si ut dimidiatus fere mensis pro postremo cujusque anno computetur, & octo circiter menses *Abaziae* post partis mortem tribuantur: et ramen lege, ut liquid supra semestre spatiū ultimis Regum illorū annis foret addendum, tantundem ab *Abaziae* tempore detrahendum fuisse intelligatur. Quod cum sciri omnino non possit; & ut sciatur non multum admodum inter sit: affligato *Abaziae* cāique Regum semestri isto; eadem annorum 90. mensium 11. & dierum 17. summam exhibens. Chronologicorum annorum hujusmodi exurget dispositio, & ad annos Mundi applicatio.

A. M. 3019. (circa mensis 3. diem 23.) *Jeroboam*, ann. 21. dies 15.
 3050. (circa 4. mensis diem 8.) *Nadab*, ann. 1. dies 15.
 3051. (circa 4. mensis diem 23.) *Baaſa*, ann. 23. dies 15.
 3074. (circa 5. mensis diem 8.) *Ela*, ann. 1. dies 15.
 3075. (circa 5. mensis diem 23.) *Zimri*, dies 7.
 3075. (circa 5. mensis diem 30.) *Omri*, ann. 11. dies 15.
 3086. (circa mensis 6. diem 15.) *Achab*, annos 2. dies 15.
 3107. (circa 6. mensis diem 30.) *Abaziae*, mens. 8. di. 10.
 3108. (circa mensis 3. diem 10.) *Jehoram*, ann. 12.
 3120. (circa mensis 3. diem 10.) Principium sequentis Periodi.

Cum enim verno tempore, quo solent reges ad bella procedere, (2. Sam. XI. 1.) & *Jehoram* Israelis & *Abaziae* Judæ rex, ad bellum cum *Hazale* gerendum, Ramothas Giliadis profectus fuisset, & vulnerato *Jehoram* uterque dominum rediisset; *Jehu*, cum reliquis copiarum principibus & toto Israele, ad urbem adversus *Hazale* custodiendam, relictus est, (2. Reg. VIII. 28. 29. & IX. 14. 15.) Ubi quum in Regem Israelitarum, juxta Dei mandatum, fuisset unctus, & *Jehoram* qui æger ibi decubebat; & *Abaziae* qui ad illum invisendum eo venerat, è medio sustulit; vere (ut historiæ series patefacit) jam adulto; in quo & hujus Periodi exitum, & sequentis initium, eam ob causam reponimus: circa 10. videlicet mensis 3. diem; ut in sequente quoque capite mox declarabimus.

Interim, quum tres esse difficultates in Regum historia ^a Matheus Beroaldus affirmet, quae egent sapientia caelestis afflata, ut aperiri &

Vid. hac de
re Laurent.
Cedoman.

^a Beroald.
Chron. 1. 2.
cap. 5.

Aliam dat Pa-
tudanus. pag.
242. 243.

Vid. Harvill.
& Mendoz.

^b Cæteran. in
2. Paralip. c.
15. 16.
^c Jo. Lucid.
lib. 2. temp.
cap. 9.
^d Melch. Ca-
nus. Loc.
Theologie.
l. 11. c. 5.
^e Tofst. in
2. Paralip.
qu. 3.

^f Petav. Ra-
tionar. temp.
part. 2. l. 2.
cap. 11.

U: Not. No-
bilius &
MSS. Oxon.
Cantab. &
P. Junij.

intelligi possint; earumque priores quæ ad hanc spectent Periodum; harum explicacionem, in parte hujus capitilis reliqua, prius placuit absolvare. Sicigit ille; *Baasa rex Israël dicitur muro circumdediso Rama*, anno 36. regis *Ase*; 2. Chronic. XVI. *At obiisse Baasam* 26. anno *Ase* colligitur, ex 1. Reg. XVII. 6. 8. ubi eo anno *Ela*, patre *Baasa defuncto*, regnum *Israeliticum* ceperit dicitur. Hunc nodum ^b Cæteranus, ^c La-
cidus & ^d Canus cum solvere non potuerunt dis-
secuerunt; ex exemplaria Hebreæ, Græca, & Latina,
tum in hoc, tum in loco eodem genuino 2. Chr.
XV. 19. corrupta esse pronunciantes; gravi &
prudenti *Abulensi* illa præmonitione rite prius
non expensa. ^e *Ista est periculosa solutio*, quia
si in uno loco Scriptura corruptionem esse fate-
murus; de omnibus aliis locis dubitabimus, an
corruptioni ibi sit: sicut dicit Augustinus, (& habe-
tur in Decretis distinet. 9. cap. Si ad Scripturas
scriptas) quod si aliquod mendacium in sacra
Scriptura constiterit, nullam auctoritatem inde
relinquemus. Ideo, inquit, aliam solutionem co-
gitas, si occurras. Occurrit vero facilis ista solu-
tio, quam dat *Tremellius*, quum regna modo à
populis denominentur, modo à personis re-
gnantibus; regnum *Ase* hic appellari regnum
Judæ, à diviso populo quod tunc obtinebat
Ase. Cum enim confecto bello *Athiopico*,
Hierosolymam rediisse dicatur *Ase*, anno re-
gni decimo quinto, 2. Chronic. XV. 10. in pos-
tremo ejusdem capitilis versiculo subjicitur:
Bellum enim non fuerat, usque ad annum trigesimum quintum regni Ase. Ad annum vero *Ase* 15. additis annis *Rehoboami* 17. & *Abia* 3.
exurgit annus 35. regni Judaici ab Israeliticu-
sejuncti.

Posterior longe majore difficultate premi-
tut locus; 2. Chronic. XXII. 2. *Filius quadra-
ginta duorum annorum erat Achaziah*, quum re-
gnaret ipse; & anno uno regnavit Hierosolymis: &
matris eius nomen *Athalia filia Omri*. At *Joram* patrem *Achaziae* vixisse tantum annos quadra-
ginta colligitur ex 2. Chronic. XXI. 10. ubi
dicitur *Joram* trigesima duorum annorum fuisse
quum regnare cœpisset, & octo annis regnasse
Hierosolymis. Atque hic etiam post alios, no-
vissime *Dionysius Petavius*, ^f *Necesse esse in
Hebreis codicibus* (quibus & *Latinis* suos ad-
dere poterat) numerum esse corruptum asserit &
(ex 2. Reg. VIII. 16.) pro 42. legendum 22.
quæ sane solutio ut ob lapsu facilitatem magis
probabilis, ita & ob codicum quorundam con-
fensus minus temeraria est censenda quam
Melchioris Cani illa superior, quæ in ann. 35.
& 36. regni *Ase* omnia Bibliorum exemplaria
qua extant falsi insimulare est ausa. In litera-
rum enim numeralium 25 scriptione, adeo pro-
clivis est mutatio 2 in 0 ut etiam absque librarii
culpa, fibra vel lineola aliqua in ipsa mem-
brana prominente, accidere illa posset; quemadmodum eruditissimum & amicissimum *Jose-
phum Medium* differentem aliquando me au-
dire memini. Nec solum in Græcis aliquibus
MSS. (nam in *Sixtiiana editione LXX.* inter-
pretum, quam solum produxit Petavius, 20.
hic anni tantum leguntur) sed etiam in Bibliis

Syriacis, quibus a primevis temporibus Ec-
clesia Antiochena est usa, non ex LXX. in-
terpretum lacunis, sed ex ipso Hebreo fonte
traductis, idem hic quin 2. Reg. VII. 26. ex-
presus habet numerus. Consulto enim apo-
grapho, quod ex Antiocheni Patriarche exem-
plari magno prelio describendum curavi, &
superiora illa de 35. & 36. regni *Ase* eadem,
& pro 42. *Achazie* annis 22. hoc loco positio
reperi.

Quod si minus tamen tuta, ista existimetur
responso: de idiotismo illo cogitandum erit
in *Saule* 22. 13 *filius anni*. 1. Sam. XIII. 1. à
doctis ita exposito, ut ea loquendi formulæ
non anni semper intelligantur à nativitate de-
ducti, sed etiam ab epocha aliqua alia, quo-
cumque modo spectante ad eum qui tot anno-
rum filius fuisse dicitur. Quam hic quidem ex-
tra versiculum propositum non opus fuerit
querere; in quomatri *Achaziae* nomen fuisse re-
fertur *Athalia filia Omri*. Neque enim vel *Aha-
zianum* ipsum: vel universi regni Judaici statum
quicquam proprius attingebat, quam ortus
Athalia; fœminæ non mariti solum & filii,
sed etiam ad totius Reipublicæ & regii impi-
mis semen perniciem natæ: quæ quippe & illos
consilii suis perdidit, & post excusum, tota
fere extincta domo regia, dominatum in ter-
ram Judæ ipsa sibi arripuerit. Ubi quum statim
post *Achaziam*, & multo quam ille diutius,
Judaici regni folium occupaverit, ut illius na-
tal is (more in aliis regibus servari solito) in
2. Reg. VIII. 26. aperte; ita quoque & matris
ipsius, in 2. Chron. XII. 2. involute significa-
tus fuisse videatur.

Et hic quidem in Hebreo textu trajectio ne-
esse obscuriorum *Tremelii* notavit, cuiusmodi
in 1. Sam. XX. 16. Ezra X. 17. & Nehemias
XII. 22. else ait; atque ita locum interpretan-
dum else censuit. Cujus marri nomen *Hathalia*
nata *Homri*; agentis quadragesimum secundum
annum quum *Achazia* regnaret, qui anno uno
regnavit *Jerusalaimis*. Quæ trajectio si à ge-
nuini textus simplicitate cupiam non videatur
alienior: mutato tantum calu, ut loco [agentis]
reponatur [ageni] & ad ipsam *Athaliam*, non
avum illius *Omri*, sequens anni 42. notatio re-
feratur; eandem ipsam, quam nos proposuimus
exhibebit sententiam. Et convenient certe magis,
tam cum verborum proprietate, ut *Athalia*
ætatis, quam ut *Omri* regni sui ann. 42. egisse
hic intelligatur; quam cum rei ipsius natura;
quæ non ab *Omri*, sed ab *Achabo* ea malife-
mina traxisse *Athaliam* nos edocet, quæ con-
tatu tam improbo per *Judæam* universam diffun-
dere nefaria fœmina laboravit, ut patris *Achabi*
& matris *Iezabelis* filiam posses agnoscere, unde
neque maritum illius *Iehoram*, neque fi-
lium *Achaziam* eo nomine insimulatos legimus;
quod peccato *Omri*, sed quod *Achabi* scelere
& fe, & regna sua polluerint. Unde post verba
cita, textus sacer de *Achazia* statim subiicit.
Hic etiam ambulavit in viis domus *Achabi*:
nam mater eius erat consiliaria ejus ad improbe-
agendum. Itaque fecit quod malum videtur in
oculis: *Iehova* sicut domus *Achabi*: ipsi enim

Quæ etiam
falsa, id
eiusmodi.
Iudei, eu-
sophus his
qui in Regi
tempore
deporta-
tum sunt.

erant

erant ei consiliarii post mortem patris ejus, adeo ut perdidissent eum. 2. Chronic. XXII. 3. 4. & in 2. Reg. VIII. 17. brevius, ambulavit in via domus Achabi, fecitque quod malum videtur in oculis Iehova sicut domus Achabi; quia gener domus Achabi erat. Hoc enim discrimen inter peccatum Omri & Achabi erat: quod ille in via Ieroboami filii Nebati ambulaverit; hic vero insuper, accepta uxore Iezebele regis Sidoniorum filia, in illius gratiam, cultum Baalis introduxit. (1. Reg. XVI. 26. 31.) Athalia vero opera, non Omri avi, sed Achabi patris idolatria, non vitulorum Ieroboami (quos Juda non agnoscit) sed Baalis Sidoniorum cultus longe terror in regnum Iudee est inventus, & à filiis eius studio propagatus. Athalia enim improbissime se gerente, filii eius perruperunt in domum Dei; etiamque omnes res consecratae domum Iehova aptaverunt. Bahalimis: ut in 2. Chron. XXIV. 7. significanter commemoratum legimus.

In secunda Periodo, ut primam Athaliam in regno Iudaico annos, sed Completos simul cum Iehu Israelitico; ita & postremum Ezechiam cum postremo Israeliticorum regum Hosea totidem Completos annos exegisse comperimus. Quum enim Iosah Abazia legitimus regis filius in Templo Dei latitate coactus fuisset sex annos, quibus Athalia regnauit super terram, anno septuagesimotertio Iehoiada (summus sacerdos, & amitus Iosah maritus) assumpsit coniuriones, primores & cursores, ac ingredi fuisse eos ad se in domum Domini: quibuscum pepigit fadus: De perdenanda videlicet Athalia, instituendo Iosah, tollenda idolatria & restituendo cultu Dei; quo tempore Israelitae mares conveniebant ex lege, (Exod. XXIII. 17.) ad colendum Deum: quemadmodum ad locum hunc, ex 2. Reg. XI. 4. producunt, recte annotat Tremellius. Cumque adiutor jam vere (ut in precedente capite ostendimus) Iehu & Athalia regnare incepissent, idemque & primi & septimi eorum anni initium fuisset oporteat: circa 10. mensis 3. diem, vel in septimanæ Pentecostes dierum aliquo alio, contingit ista statim. Ubi nec illud prætereundum; in quibusdam editionis Graeca exemplaribus, & nominatum Romano, ἡ ἡ τὸν ιασονὸν ἀντὶ τοῦ Ιεχωαθάζου εἰπεῖσθαι hic legi, (2. Reg. XI. 4. & 2. Chron. XXIII. 1.) non ἐσθίει, ut in aliis cum Hebraica veritate consentientibus, quod idcirco obiter notandum duxi, ut ratio intelligeretur, quare in Eusebii Cesariensis, & Nephori Constantinopolitanæ Chronicæ, & Maximi Monachi computo, septem Athalia tribuantur anni, in Clementis Alexandrinæ libro primo Stromatum, octo: & Joaso puero ab avia præceptum imperium, post octo fere annos per Sacerdotem & populum depulsa avia redditum, in priore factæ sue Historie libro scribat Severus Sulpicius.

Samaritani sive Israelitici regni exitus in 2. Reg. XVIII. 9. 10. Sic habetur expositus; Fuit anno quarto regis Ezechiae, iste annus septimus Hosea filii Eli regis Israelis; ut ascendens Salmanasar rex Assyria contra Samariam obsidearet eam. Deinde cepit eam in fine tertii anni,

Vid. Palud.
pag. 106.
107.

anno sexto Ezechiae; iste annus erat nonus Hosea regis Israelis quo capta fuit Samaria. Ex quo colligimus. I. Annos illos commemoratos Ezechiae atque Hosea, & completos fuisse, & æqualiter fere sibi invicem respondisse: alioquin ad finem tertii anni producta non fuisset obsidio. II. Quum regnum capisse dicatur Ezechias, anno tertio Hosea (2. Reg. XVIII. 1.) de anno illo definito id intelligendum else. Alter enim Ezechias 4. Hosea 7. & illius 6. hujus 9. nequaquam respondisse. Unde & Josephus lib. 9. Antiquit. cap. XIII. quarto anno regni Osea Ezechiam Hierosolymis regnum adeptum, & in sequente capite, septimo Ezechiae Samariam captam fuisse scribit; annos illos inchoatos, pro tertio & sexto definitibus, in Scriptura expressis, substituens.

Integra vero annorum summa regibus Iudee & Israeliis adscriptorum, longe major in hac quam superiore Periodo appetat inæqualitas. Hoc enim modo eorum annos sacra numerat Historia.

JUDÆ.

VII. Athalia, ann. 6.
VIII. Joash, 40.
IX. Amasis, 29.
X. Vzzias, sive Azarias, 32.
XI. Iotham, 16.
XII. Achaz, 16.
XIII. Ezechias, 6.

ISRAELIS.

X. Iehu, ann. 28.
XI. Jehoachaz, 17.
XII. Joas, 16.
XIII. Jeroboam, II. 41.
XIV. Zacharias, mens. 6.
XV. Shalum, mens. 1.
XVI. Menachem, annos 10.
XVII. Pekahiah, 10.
XVIII. Pekah Remalia F. 20.
XIX. Hoshea, 9.

Summa annorum Regum Iudee 16, Israeliis 14, annorum est & mensium 7. unde annorum 21. & mensium 5. inter horum Regum spatia, quæ æqualia else debebant, exurgit differentia. Ad quam tollendam ex libro regum Secundo, (quem quartum alii nominant) ejusmodi utrumque formati poterit comparatio.

JUDÆ.

Athalia, an. 6. (2. Reg. XI. 3. 4.)
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

ISRAELIS.

Iehu, an. 28. (2. Reg. X. 36.)
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24

Vid. LXX.
MS. & Aldin.
Ar. Lucif.
Caior. Jor-
nand. Cal-
phiodor.

JUDÆ.	ISRAELIS.	JUDÆ.	ISRAELIS.
24	2	40	1
25	3	41	2
&c.	&c.	42	3
35	13	43	4
36	14	44	5
37	15	45	6
38	16. 1. <i>Ioash</i> , ann. 16.	46	7
	17. incipiens 37; 38.	47	8
Amasis, an. 29. 1. 40	3. <i>Joashi</i> regis (cap. XIII. 10.) definente sc.	48	9
incipiens 2. <i>Ioas-</i>		49	10
<i>bin</i> (c. XV. 1. 2.)		50	1 Pekabia, ann. 2. in-
regis Israelis defi-			cipiens 1. <i>Azaria</i> ,
nente sc.	2. 4		(c. XV. 23.)
3	5	51	2
4	6. 1. <i>Jerobcam</i> II. à pa-	52	1 Pekab, ann. 10. in-
	tre <i>Joash</i> ad bellum		cipiens 2. <i>Azaria</i> ,
	Syriacū profectuō,		(c. XV. 27.)
	in regni consortium		
	assumptus fuisse vi-		
	detur.		
5	7. II.	2	3
6	8. III.	3	4
7	9. IV.	4	5
8	10. V.	5	6
9	11. VI.	6	7
10	12. VII.	7	8
11	13. VIII.	8	9
12	14. IX.	9	10
13	15. X.	10	11
14	16. XI.	11	12
15	1. XII. <i>Jeroboam</i> II.	12	13
	ann. 41. incipiens	13	14
	15. <i>Amazie</i> (cap.	14	15
	XIV. 23.)	15	16
16	2. XIII.	16	17
17	3. XIV.	17	
&c.	&c.		
28	14. XXV.	2	19
29	15. XXVI.	3	20
Vzzias, sive Azari-	16. XXVII.	4	1. * <i>Hosae</i> , anni 20.
rias, ann. 52. incipiens 27 <i>Jeroboami</i>	2. 17. XXVIII.		<i>Jothami</i> (c. XV. 30.)
(c. XV. 1. 2.)	3. 18. XXIX.		id est 4. <i>Achazi</i> , oc-
	&c.		ciso <i>Peka</i> regnum
	25. 40. LI.		occupavit, sed va-
	26. 41. LII.		riis seditionibus ob-
	27. 1. * Interregnum ann.		ortis, res ad 9. an-
	11. mens. 6.		norum quasi inter-
	28		regnum redacta est.
29	2	5	2
30	3	6	3
31	4	7	4
32	5	8	5
33	6	9	6
34	7	10	7
35	8	11	8
36	9	12	9
37	10	13	1 Idem, domesticis
38	11. <i>Zacharias</i> , mens. 6.		
	<i>Azaria</i> 38. (c. XV.		
	8.).		
39	<i>Shallum</i> , mens. 1. <i>Vz-</i>		
	<i>zia</i> 39. (c. XVI. 15.)		

JUDÆ.	ISRAELIS.	
	turbis demum pacatis, ann. 9. à 12.	à fine 12. Achazi usque ad finem Hosea, totidem alii quos annorum Ezechia synchronis mus necessario postulat. Mattheus Beroaldus, Hoseam primis suis annis tributarium regis Assyrii Salmanasaris nec vere Regem fuisse existimat: excuso vero iugo regis Assyrii, quod tum suiuris esset, dici regnare cœpisse, anno 12. regis Achazi. Contra, Tremellius, Brochtonus, & alii, duplex regni Hosea initium ita potius distingendum censem: ut prius meri & liberi fuerit imperii; posterioris tributarii à fine 12. anni Achazi, quo Salmanasari servus factus fuerit, deducetur. At si series faci contextus, 2. Reg. XVII. 1. 2. 3.) attentius consideretur, non modo post prius, sed etiam post posterius hoc principium. Hoseam Salmanasari factum fuisse tributarium patefaciet: nostro quoque temporum Assyriacorum calculo consentiente, qui post utrumque Hosea principium Nino juniori, sive Tiglat-pileseri Salmanasari regno successisse statuit. Ut igitur Jeroboam II. defuncto, filius ejus Zacharias pro eo regnavisse dicitur. (2. Reg. XIV. 29.) quia regnum illum jure hereditario, tum ex Dei promissione. (2. Reg. X. cum XV. 12.) debebatur; licet, turbis & seditionibus intervenientibus, ante annum 12. illud possidere non poterat: ita Peka interempto, Hosea pro eo regnavisse legitur, quia regnum, tunc occupare ille conatus est; licet aliis cum eo de principatu (qui nihil ad eum attinebat) contra dicentibus, & ad anarchiam Republica perduta, nisi post novem annos domesticis turbis sedatis regno denum pacifice potitus ille fuerit, que etiam de interregno hic admittendo, tum aliorum, tum Petri Trecensis, tum Laur. Codomani, fuit sententia.
Ezechias, an. 29. 1. 16	incipiens Hosea, (c. XVIII. 1. 2.)	Vid. Codom.
desinente.	2 5 3 6 4 7 5 8 6 9	

Quā in parte successionis regum Israelis inferendi sint anni illi, qui ad eam cum regum Judæ temporibus exequandam necessario requiruntur, ex vestigiis in sacro contextu relictis non difficile fuerit conjicere. Quum enim ab anno 15. Amaziae regis Judæ Jeroboamus 11. Israeliticus annos 41. (2. Reg. XIV. 23.) & post eum filius Zacharias mens. 6. ann. 38. Azaria sive Uzzia, deinde Shallum mens. 1. anno ejusdem Uzziae 39. (cap. XV. 8. 13.) regnasse scribatur: ut ita possint consistere interregni annorum 11. & mensium 6. interpositio efficiet: si post mortem Jeroboami variis turbis & seditionibus Rempublicam Israeliticam tanto temporis spatio ad猝as fuisse redactam admittamus.

Alii tamen, & inter eos, ab anno Uzziae 39. Menachem ann. 10. in Israele regnavisse dicitur; & post eum Pekah annos 2. ab anno 10. Azaria sive Uzzia; succedente illi Peka, anno ejusdem Azaria 52. (cap. XV. 17. 23. 27.) Quæ rectè omnia se habeant: si Menachemum anno 39. Azaria regnum, dubie (ut dictum est) mens. 11. tenuisse; sub finem vero illius anni, à Pule Assyrio regno ipsi confirmato. (c. XV. 19.) per annos deinceps 10. pacatè & quiete illud posse dille, admittamus.

Postremus vero Israelitarum rex Hosea, primo quidem, caso Peka Remalia filio, anno 20. Jotham filii Uzziae, illius loco regnavisse dicitur. 2. Reg. XV. 30. id est. 4. anno Achazi filii Jothami. Sed quia Achazi nullam adhuc mentionem Historia sacræ scriptor fecerat; & regno ceptæ Iothami temporis notationem deducendam esse censuit; licet annis non amplius 16. eum regnavisse, tertio statim post hunc versiculo, commonefaciendum lectorum idera curaverit, (c. XV. 33.) Deinde vero, in XVII. capituli principio subdit ipse idem; anno duodecimo Achazi regis Iudea regnavisse Hoseam filium Ela Samaria super Israelem novem annis. Quod quidem dupliciter potest accipi: ut vel à primo suo exordio usque ad illud tempus novem annis (vel novo anno, ut Tremellius reddit) ille regnaverit; vel ab illo tempore, usque ad ipsum simul & regni Israelitici exitum. Horum enim utrumque verum est. Nam & ab anno 20. ex quo regnare cœperat Jothamus, usque ad finem anni 12. Achazi, anni numerantur novem; qui ad temporum mutuisque regni coæquationem perficiendam desiderantur; &

Vid. Codom.

Vid. Harvillium.

Vid. 70. Chal. & Syr.

Latinae Bibliorum interpretationis author, primo anno & primo mense regni sui, Ezechiam Templum aperuisse crediderunt: in cunctum illis incidentes errorem, qui anno sexagesimo vita Noachi mensis 2. die mensis 17. diluvium ceperisse. (Genet. VII. 11.) & secundo die 2. mensis in 4. anno regni Salomonis iusta Templi fuisse fundamenta. (2. Chronic. III. 2.) legentes; mensem eum 2. vel Noachi, vel regni Salomonis fuisse sunt opinati: quum currentis anni, qui tunc in Communi usu fuerat secundus ille exiterit. Ut igitur mensis ille secundus, in Diluvii quidem historia Bul. sive Marhesuan, in structura templi Zir, sive Ijar, fuit: ita & Abib sive Nisan est primus intelligendus tum hic, tum in narrationis progressu, ubi, iussu Ezechie sacerdotes Templum sanctificare coepisse dicuntur primo die mensis primi; (2. Chron. XXIX. 17.) non utique eodem die quo rex constitutus est ille, (ut ad eum locum Tremellius annotavit) sed post 9. denum menses patre jam vita functo, qui profanationis Templi praecipuus author fuerat.

Quod si rationem quoque ad extremum quis a nobis poscat; cur Joas regis Israelis initium in fine 37. anni Joasi regis Judae, itidemque Amasia regis Judae principium in exitu secundi anni Joasi regis Israelis reposuerimus: sciat is, duo nos inde simili esse consecutos: & ut iustum 15. annorum inter mortem Joasi Israelitici & Amasia, bis in scriptura commemoratum. (2. Reg. XIV. 17. & 2. Chronic. XXV. 25.) reperiatur spatium; Et ut ab eodem 17. anno, ex 2. Reg. XIII. 10. Israelitici Joasi, bimino simul cum patre regnanti 16. anni dinumerarentur: quum anno quidem illo 17. regni paterni participem factum illum fuisse, Lidatus noster agnoscat; sed annos tamen ipsius 16. à morte patris deducendos esse censeat. Ut tandem concludere licet; Regibus hujus Periodi Chronologicos annos 163. esse tribenos: eorum initia ad annos Mundi hunc in modum adaptatis.

JUDÆ.

A. M.
3120. Athalia, ann. 6.
3126. Joash, 39.
3165. Amasis, 39.
3194. Vzzias, sive Azarias, 52.
3246. Josiah, 16.
3262. Achaz, 15.
3277. Ezechias, 6.
3283. Regnum Israeliticum finitum.

ISRAELIS.

A. M.
3120. (circa mensis 3. diem 10.) Jehu, annos 28.
3148. Jehoash, 15.
3163. Joash, 16.
3179. Jeroboam, II. 41.
3220. Interregnum, an. 11. mens. 6.
3232. (circa mensis 9. diem 10.) Zacharias, mens. 6.
3232. (circa mensis 3. diem 10.) Shallum, mens. 1.
3232. (circa mensis 4. die 10.) Menachem, ann. 10. mens. 11.
3243. (circa mensis 3. diem 10.) Pekahja, ann. 2.

JUDÆ.

ISRAELIS.
3245. Peka, 20.
3265. Hosea, in statu rerum turbulentio, instar interregni annis 9. & domesticis seditionibus deum sublatis, annis 9. alii.
3283. (circa mensis 3. diem 10.) Regum Israeliticum finitum.

Primarius tamen adhuc restat scrupulus, qui interpres & Chronologos nostros tantopere exercuit. Cum enim juxta rationes propontas anno 16. Jeroboami II. Vzzias sive Azarias in Juda regnare cooperit: in (2. Reg. XV. 1.) ad 27. Jeroboam annum, initium ejus referri videtur. Licit ad tempus quo lepra percussus ille fuit, referat Tremellius: intermediis illis longa fatis parenthesi sic inclusis. Anno vicepsimo septimo Jeroboam regis Israelis, regnabat Hazaria filius Amatzia, rex Iudea: (natus fuerat annos sexdecim quinque regnare inciperet, & quinquaginta duobus annis regnavit Jerusalaimis: cuius matris nomen Jecolia est Jerusalaimis: Fecerat que quadrelatum videtur in oculis Iehova, omnino prout fecerat Amatzia pater ejus: Sed celo non amota fuerant; audebat populus sacrificabane & adolebant in excelso.) Quum plaga afficit Iehova regem, qua fuit leprosus usque ad diem moris sua ideoque habitabat in domo semita; & forsan vero filius regis praeceps domum, ius dicens populo regionis. Et quia nondum natum fuisse Joshamum, ex versic. 33. sequente apparet: eum quoque distinctione interposita, ita explicandum censuit, Natus vixit quinque annos, quum regnare inciperet. i. Quum regni administrationem init propter lepram patris: & sexdecim annis regnavit, à morte patris.

Alii minore textui adhibita violentia, annorum undecim (quot inter 16. & 27. Jeroboam decurrunt) inter regnum Amasia & Vzzia interpositione, ista conciliant. Et cum ea ratione totidem annis augentur differentia annorum regis Judæ supra annos regum Israelis in Scriptura notatos, ad exequationem resarciam, undecim quoque annos ad interregnum in regno Israelitico positum coguntur adjicere; & inter Jeroboamum II. & filium ejus Zachariam 22 annorum constituta. Quod minus necessarium sacrae Chronologiae augmentum admittere nolentes alii, ubi Scriptura refert, Vzziam sive Azariam 16. annos natum regnare ceperisse, & 52. annos regnavisse; ita ut 68. annos in universum vixisse videretur (unde & Josephus, libro IX. Antiquit. cap. XI. anno etatis 68 regni 52. obiisse illum tradidit:) 52. quidem regnianos à morte patris Amasia deducunt, sed infantem vix 4. annorum tunc reliquum fuisse eum supponentes, per 12. ferè annos à Tutoribus regnum administratum fuisse volunt; donec 27. Jeroboam Israelitici anno 16. etatis annum affectus, per annos deinceps 36. propria autoritate ipse regnum gubernaverit 56. denum etatis anno vitâ functus.

Reliquum

Vid. Seder-
olam Rabba-

Vid. Ha-
viv.
Petav. (in
magno ope-
re.)

Reliquum jam est *ætatis 5.* membrum postremum, à fine regni Israëlitici ad finem regni Judaici, annorum 133. & mensium fere 2. mensura definitum; quam anni regum Judæ, simul cum annis Mundi, hic subjecti ita conficiunt.

- A. M. 3283. (circa mensis 3. diem 10.) *Ezechias.*
post excidium regni Israëlitici, regnabit in Iuda annos 23.
3306. XIV. *Manasses.* ann. 51. (2. Reg. XXI. 1. 2. Chron. XXXIII. 1.)
3361. XV. *Amon.* ann. 2. (2. Reg. XXI. 19. 2. Chron. XXXIII. 21.)
3363. XVI. *Iosias.* ann. 31. (2. Reg. XXII. 1. 2. Chron. XXXIV. 1.)
3394. XVII. *Iehoachaz.* mensib. 3. (2. Reg. XXIII. 31. 2. Chron. XXXVII. 2.)
3394. XVIII. (circa 6. mensis diem 10.) *Eliachim.* qui & *Iehoachim.* ann. 11. (2. Reg. XXIII. 36. 2. Chron. XXXVI. 5. (pro quibus, annos 10. menses 6. & dies 15. sumimus.
3405. XIX. (circa mensis 12. diem 15.) *Iehoachin,* sive *Iechonias,* mens. 3. (2. Reg. XXIV. 8.) dieb. 10. 2. Chr. XXXVI. 9.)
3405. XX. (mensis 4. die 10.) *Sedechias,* ann. 11. (2. Reg. XXIV. 18. 2. Chron. XXXVI. 11. Jerem. LII. 1.)
3416. (mensis 1. die 10. Templi *Salomonici* & urbis Hierosolymitanæ excidium; (Jerem. LII. 12. 13.) post captum *Sedechiam* mense integro.

Nonnulla, sed rariora, Graecæ Bibliorum editionis exemplaria ab Hebraica veritate aliquibi hic dissensisse deprehensa sunt. Atque hinc in Chronicō suo *Eusebius*, 12. annos Amoni tribuit. LXX. interpretum testimonio ad illud confirmandum sic produc̄to. *Αγρού εβαντεων Κρήτης οί την ιθαγενεῖς οί την Βασιλείαν οί την Αμόνον* secundum LXX. Seniorum interpretationem XII. annos regnavit; secundum *Hebraeos*, annis duobus, de quo *Georgius Syncellus*, satis immodeste. *Tον Αυτούς γενετάριον έτην ιθαγενεῖς οί την Βασιλείαν οί την Βασιλείαν οί την Αμόνον* filium *Manassis* 12. annos secundum LXX. regnavisse dicit *Eusebius*; sed mentitur; quum dicendum potius fuisset 5. in editione Vulgata, quæ *Kunig* vocatur, annos 2. in ea vero quam ex Alexandrina Bibliotheca Hexaplis suis inseruit *Origenes*, & ut puram *την απλεκτην* est *Eusebius*, annos 12. fuisse positos.

Severus Sulpitius, in priore sacræ sue Historiæ libro communem editionem fecutus, *Amonem ultra biennium regno potitus fuisse negat*; verum, mendoso usus codice, filium eius *Iosiam* annos 1. & XX. regnavisse affirmat; post triennium fere, à Paschate octavo & decimo imperii anno celebrato, interemptum. In edita, *Nicēphori Constantinopolitanæ Chronologia*, *Amoni* *την ιθαγενεῖς* adscribuntur; cum in Londinensis Bibliotheca MS. β. tantum legatur. Quod vero ibidem deinde sequitur, post XXXI. *Iosiae* annos (pro quibus XXXII. perperam posuit *Eusebius*) Interregnum ann. XXX. secundum Septuaginta interpres, vel VIII. (sive L. ut

in Londinensi habetur codice) secundum Hebraicum: plane commentitum est. Eiusmodi enim *εποχας* neque in Græcis, neque in Hebraicis ullum omnino extat vestigium: & ne illa omnino anni alicuius interpositione sacri hi calculi violari possit *Ieremia* Prophetæ prohibet authoritas qui 4. *Iehoachim* annum, ministerii sui 13. *Iosia* anno cæpti 23. esse diserte asserit. (Jerem. XXV. 1. 3.) Chronographo qui anno 13. *Alexandri Severi* scripsit *Amoni* adscripti leguntur anni 2. & *Ezechia* 25. verum librarii esse mendum locus ille ejusdem authoris evincit, in quo, post *Ezechiam*, *Iosias* annis CXIV. *Pascha* celebraviss dicuntur. Quod consistere non posset: nisi & *Amoni* 12. tribuerentur anni, juxta LXX. ab *Eusebio* citatos; & *Ezechie* 29. juxta eisdem cum Hebraica veritate consentientes 2. Reg. XVIII. 2. & 2. Chr. XXIX. 1.

Ut autem à 29. illius annis deducti 6. integrati, quos ante eversum regnum Israëliticum exegisse illum ostendimus 23. relinquant ad hujus intervallum exordium referendos, ita ab anni tempestate, qua & 7. & reliquos regni sui annos ille inchoavit, quatuor ipsum subsequentium Regum initia omnino dependent. Cum enim tempora eorum in Scriptura simpliciter exhibeantur, non (ut in regno Iuda & Israelis haec tenus factum fuerat) cum aliorum regum initia comparata: relictum nullum est argumentum, cujus ductu ab annis propositis menses aliquos (sine temeritatis nota) liceat nobis subducere, indeque regum initia in alias atque alias anni partes summovere. Ut si à mens primi die primo, verbi gratia, *Ezechie* annos deducamus: sub idem quoque tempus *Iosiam* regnare copiile dicamus necesse est; nisi interpositos *Manassi* 5. & *Amonis* binos annos, propria autoritate, vel augere libeat, vel diminuere. *Michael Paludanus* tamen qui cum vulgato interprete Latino, a priore recipit hypothēn, ab eodem primo mense *Iosia* annos arcessendos esse jure pernegat: Quandoquidem magnam partem anni ejus 18. in Templi instaurazione, idolatriæ exterminatione, & legitimis Dei cultus restituitione, transactam fuisse constet, ante Pascha 14. primi menses die, in eodem 18. anno, celebratum (2. Reg. XXII. 3. ad XXII. 23. & 2. Chronic. XXXIV. 8. ad XXXV. 19.) quum nostra sententia, quæ annos *Iosia* pariter & *Ezechia* circa 10. menses 3. diem inchoat, & versus finem anni primi *Ezechie* unum, & versus finem 18. *Iosia* alterum Pascha promovendum esse postuleret.

Cum trium vero postremorum regum Judæ temporibus habemus annos *Nebuchadnezaris* Babylonii in Scriptura comparatos; quorum collatio nos docebit *Iehoachim* non integrum annos undecim, sed supra annos, 10. menses circiter 6. cum dimidio in regno exegisse; adeoque *Iehoachim* circa 6. menses diem 10. & ante tres menses *Iehoachazum* ipsius fratrem circa 3. menses diem eundem regna sua iniisse. Unde veritas quoque hypotheseos nostræ patebit; quæ 31. annorum *Iosiae* tam principium quam exitum circa menses 3. diem

Tomo 1. An-
tiqui. lect. H.
Canili. pag.
395.

a Pag. 177.
b Pag. 179
c Pag. 211
(unde repo-
nenda hic il-
lus verba.)

10. collocandum esse statuit. Quod ut plenius percipiatur, rerum ad hos tres reges spectantium tempora sequentibus thesibus explicanda esse duximus.

I.

Initium regni Sedechie deducendum est à 10. die 4. mensis; justis undecim annis ante captivitatem ejusdem Sedechie, & unico mense Salomonici Templo excidium; quod in 10. diem 5. mensis incidit.

Prophetavisse *Ieremias* dicitur, donec ab solvere tur undecimus annus *Sedechie filii Ioseph regis Iudea*, & donec deportaretur *Hierosolyma* mense quinto (Jerem. I. 3.) Anno vero undecimo *Sedechie*, 4. mensis die 9. perrupta civitate & à *Babylonius* occupata, noctu rex aufugiens ab insequentibus Chaldaeorum copiis in campis *Jerichonis* captus est. (Jer. XXXIX. 2. 5. & LII. 4. 9.) Sequentis deinde mensis 5. die 10. Templo & Urbe destrutis, in captivitatem *Hierosolymitanum* sunt abducti. (Jerem. LII. 12. & 15.) Ex quibus inter se collatis, colligimus; & undecimum *Sedechie* annum fuisse completum, (non X tantum solidis annis illum regnasse; ut assertit *Scaliger*) & inter captivitatem illius & templi conflagrationem mensis spatium intercessisse: atque quod inde est conjectarium, circa 4. mensis diem 10. regnare eum cœpisse. Ubi enim de fine constat, de initio dubitari non potest: quoniam in anni circulo principium & finem communiter contineri termino nemo ignoret. Cumq; inter captum *Sedechiam* absoluto anno regni sui undecimo, & deportatum populum integer mensis (ut dictum) fuerit interpositus: ex rō *Sedechio* i. e. anno *Sedechia* duodecimo anno regni *Sedechie* calamitatem illam accidisse, in libro primo *Stromatum Clemens Alexandrinus*, retulit, rectius quam *Josephus* Templum incensum fuisse scribens anno regni *Sedechie* undecimo: (libro X. Antiquit. cap. XI.) quum ante mensem ipsius annum regni sui undecimum compleverit.

II.

*Obsidio Hierosolymitana capta anno Sedechie 9. mensis 10. die 10. & interveniente exercitu Pharaonis postea interrupta redintegrata est anno Sedechie 10. mensis 3. die 15. & per dies 390 usque ad captum urbem continuata: Ita ut ab obsidione primo principio usque ad captam urbem in fine anni 11. *Sedechie*, mensis 4. die 9. mensium 30. usque ad eandem incensam mensis 5. die 10. mensum 31. spatium intercesserit.*

*A*nno 9. *Sedechie*, mensis 10. die 10. *Nebuchadnesarem* *Hierosolymam* obsidere cœpisse, ex 2. Reg. XXV. 1. Jerem. LII. 4. & Ezech. XXIV. 1. 2. & Pharaonis exercitu adventante recessisse, & Jerem. XXXVII. 5. 11. & XXXIV. 21. 22. intelligimus. Anno 10. mensis 10. die 12. contra Pharaonem & Aegyptios

prophetavit *Ezechiel*; quod fuissent *baculum arundineum domui Israelis* (Ezech. XXIX. 1. 6.) Pharaonis enim exercitu re infecta domum reverso; ad Urbis oppugnationem denuo Chaldaei redierunt, prout à *Jeremias* prædictum fuerat. (Jerem. XXXVII. 7. 8.) anno, eodem *Sedechie* 10. qui *Nebuchadnesaris* fuit 18. (cap. XXXII. 1. 2.) Ut, quoniam in fine anni 11. *Sedechie* à *Babylonis* *Hierosolyma* occupata fuerint; (ut in priore Thele est ostensum:) ultra annum obsidionem hanc posteriorem continuatam fuisse appareat, nec supra dies 25. tamen: quantum ex *Ezechiel*. IV. 5. 8. colligere possumus; ubi in tipo, dies 390 obsidio *Hierosolymitana* affigatos invenimus. Qui ab anno 11. *Sedechie*, mense 4. die 9. quo Urbs perpetra fuit, (Jerem. XXXIX. 2.) retro numerati, ad mensis 3. diem 15. in anno *Sedechie* 10. nos perducunt: quod redintegrata obsidionis statuitur à nobis initium. Unde error detegitur, tum *F. Josephi*, libro X. Antiquit. cap. 10. & 11. (edit. Græc.) qui non solum secundam hanc obsidionem 9. *Sedechie* anno & mensis 10. die 10. eodem quo nos primam incepisse affirmat; sed etiam inde usque ad captam urbem anno *Sedechie* 11. mensis 4. die 9. mensis tantum 18. (pro 30.) bis dinumerat: tum *Severi Sulpicii*, qui in *Sacra* sua historiæ libro priore, triennio, duravisse obsidionem significat; quanto tempore Samiam, ante regni Israelitici excidium, à *Salmenesero Assirio* fuisse obsecram, ex sacris literis (2. Reg. XVII. 5.) didicimus. Neque audiendis hic *Johannes Drusius*; qui pro triennio in *Sulpitio*, biennio fere rescribendum esse pronunciat: quoniam supra biennium etiam anni dimidium, uno die minus, à cœpta primum obsidione usque ad civitatem ab hostibus occupatam, accurior noster calculus hic exhibet.

III.

*Circa mensis 4. diem 5. facta est Jechonia deportatio 5. circiter ante regni *Sedechie* initium diebus.*

*A*nno à deportatione regis *Joachin*is five *Jechonia* quinto, mensis quarti die quinto, *Ezechiel* Prophætæ omnium prima exhibita est visio. (cap. I. 1. 2.) Post quam, cum apud populares suos deportatos toto septiduo, quasi stipore quadam perculsus desedisset; (cap. II. 15. 16.) continuo 390, dierum in publico omnium conspectu, cubatus à Deo illi imperatus est. (cap. IV. 4. 5.) Exacto deinde anno uno & mensibus duobus, post primam, sedentidomi sue cum senioribus *Judeæ*, nova ostensa est visio; anno deportati *Jechonia* sex: 9. mensis sexti die quinto (cap. VIII. 1.) A. 197. deducatur dierum 365. quantitate annua relinquuntur dies 32. ut intervallo, inter utramque visionem interposito complendo, spatium unico mense minus hic tantum delit. Unde concludimus, circa ipsum ann. 5. captivitatis *Jechonia* visionem primam esse factam: ac proinde circa quintum mensis quarti diem captivitatē illam

inceps

incepisse. In illo ipso vero quinto die potius quam in anteriorum aliquo ejus epocham ideo statuendam censemus; quod hac ratione inter eam & regni *Sedechie* initium (quod ad ejusdem 4. mensis diem 10. in prima Thesi est relatum) quinque tantum dierum intercedat spatium; neque vero multo longius sacra historia admittat series, quæ abducto in captivitatem *Jesbonia*, *Nebuchadnesarem* ante discessum suum loco ipsius patrum *Sedechiam* regem constituisse indicat. (2. Reg. XXIV. 15. 17.)

IV.

Finis regni Iehoachimi, & initium filii ejus Iehoachini sive Iechonia, circa mensis 12. diem 25. sunt reponenda.

In Hebraica Biblioſu editione pater יְהוֹיָחִים filius in Graeca prior Ιωακειος posterior Ιωακηλος, indeque *Josepho* alter Ιωακηλος, alter Ιωακηλος, est appellatus. Sed lenis & aspirata literæ discrimine postea neglecto, ut uteque communis nomine Ιωακηλος vel Ιωακηλος nuncuparetur, usu tandem est receptum. Unde in libro primo sacrae historiæ, *Severus Sulpitius, Joachim exaltis in regno annis undecim, filio ejusdem nominis locum fecisse scribit: & qui in textu sacro Iehoachim.* (2. Reg. XXIV. 6. 8. 2. Chronic. XXXVI. 8.) *Coniah,* (Jer. XXII. 24. 28. & XXVII. 1.) & *Ieconiah.* (1. Chron. 3. 16. Jerem. XXIX. 2. nominatur, *Theophilo Antiocheno* Ιωακηλος, *Clement Alexanдрини* patti οὐσίαν Ιωακηλος appellatur. *Ambrosius* libro tertio Commentarii in Luc. caput 2. & Fastorum Siculorum author, utrumque & *Joachim* & *Ieconiam* dictum fuisse volunt. In Paschali tractatu, quem ineditum habeo, anno quinto *Gordiani, Ariano & Papo Consulibus*, id est, anno æta Christianæ CXLIII. conscripto; regnabile traditur *Joachim* annis XI. item *Joachim filius eius, qui & Ieconia dictus est, diebus centum: quod sane rectum est.* Positis enim mensibus *reuanzioniis* (Lunares enim, alternis plenos & cacos, è Babylonia demum reduces, una cum Chaldaicis mensibus nominibus. Judæi in terram suam induxerunt) dies centum menses constituant tres & dies decem: quot in sacra historia. 2. Chronic. XXXVI. 9. *Ieconia regno adscriptos legimus.* Quia mensis quarti, die quinto, (quo captivum eum abductum fuisse in precedente Thesi declaravimus) in 12. mensis diem 25. recidunt: circa quem & cœpisse ipsum, & patrem *Iehoachim* regnum regnare desuisse, in praesenti Thesi affiramus.

V.

Circa 6. mensis diem 10. Iehoachimus regnum init: quod non integris undecim annis obiuit, sed annis decem mensibus 6. & diebus 15. circiter. Sub finem vero anni illius tercii, circa 5. mensis diem 15. regnare caput Nebuchadnesar; ante templi conflagrationem annis 19. quinque circiter diebus minus.

*A*nno tertio *Iehoachimi* regis Judæ, a/cendisse *Nebuchadnesarem* Regem Babyloniæ, contra Hierosolymam, in ipso libri Danielis initio; & primū hujus esse quartum illius, in principio cap. XXV *Jeremia* legimus. Unde, incidisse primum *Nebuchadnesaris* annum in desinentem annum tertium *Iehoachimi*, & inuenientem quartum rectè concludit *Tremellius*. Regnasse dicitur in universum *Iehoachim annos undecim.* (2. Reg. XXIII. 35. 2. Chronic. 36. 5.) & post eum filius ipsius *Ieconias*, antequam deportaretur Babylonem, *menses tres & dies decem.* (2. Chronic. XXXVI. 9.) iisque exatis à rege Babylonis captus fuisse anno octavo regni sui. (2. Reg. XXIV. 12.) Ex quibus inter se collatis, duo emergunt ista: *Annū undecimum Iehoachimi* non fuisse integrum, nedum XII. annos cum Siculorum Fastorum authore & Nicephoro Patriarcha CP. esse illi assignandos. Quum enim ante finem anni ipsius tertii regnate *Nebuchadnesar* cœperit, si superfuissent *Iehoachimo* anni adhuc octo integri; nonum ille ingressus fuisset annum, quo tempore *Ieconiam* patri in regno successorem dedit. Atqui quanto postea mense, *Ieconia* capto, octauum, adhuc numeratum fuisse *Nebuchadnesaris* annum, ex 2. Reg. XXIV. 12. manifestum est. II. Inter 25. diem mensis 12. quo *Ieconias* cœpisse in thesi IV. & 5. mensis 4. quo eundem desisse, in thesi III. ostendimus, *Iehoachimi* initium collocari non posset; Alias enim *Nebuchadnesar* (cujus annus 1. initium 4. *Iehoachimi* aliquanto tempore præcessit) capto *Ieconia* 9. regnisi similiter egisset annum, in 8. tantum adhuc versatum eum fuisse, ex 2. Reg. XXIV. 12. jam audiremus. Reliquum igitur est, ut inter mensis 4. diem 5. & mensis 12. diem 25. regni *Iehoachimi* exordium sit indagandum.

Ex tribus festis in quibus omnes mares coram Domino comparet tenebantur, (Deut. XVI. 16.) Tabernaculorum solennitas in hujus temporis spatium incidit: ad quam idcirco, locum illum Jerem. XXVI. 1. 2. fine controversia referendum esse judico. *Principio regni Iehoachimi filii Iosia regis Juda,* fuit verbum hoc a domino dicendo. *Sic ait Dominus; Sta in atrio domus Domini, ut eloquaris ad omnes civitates Juda venientes ad incurvantum se in domo, Domini, omnia verba qua præcipio te eloqui eis.* Ante festum igitur tabernaculorum, in medio 7. mensis celebratum, tempore aliquo inter mensis 4. diem 5. & illud interposito (& quidem ad 7. quam ad 4. mensem proprius accedente) principium regni *Iehoachimi* reponendum esse colligo: indidemque *diem jejuniæ*, quo verba Domini in templo ejus audienteribus omnibus Judæis qui eo confluixerant ex civitatibus suis è scripto recitare jussus est Baruc, anno quarto *Iehoachimi*, (Jerem. XXXVI. 1. 6.) de solenni illo jejuno mensis 7. die 10 lege imperato (Levit. XVI. 29.) quod *Jejunium nomine* γένετα (Act. XXVII. 9.) significatur, intelligendum esse concludo; non de captivo illo, quod anno quinto *Iehoachimi* mense nono, indicatum fuisse (eodem cap. XXXVI. 9.) postea legitur, uti Tremellius existimat. Si enim ut finem anni quarti (ut ille vult,) datum hoc

1 in fuisse

fuisset præceptum, & anno quinto, mense nono, executioni mandatum; sequeretur, paulo ante nonum mensem statuendum fuisse Iehoachimini exordium: quod cum iis quæ superius sunt disputata non potest confistere.

Ut hinc igitur, ante mensis 7. diem 10. ita alio argumento post 5. mensis diem 10. initium Nebuchadnesaris & Iehoachimi esse quarendum; sic ostend. Annus decimus Sedechia, à mensis 4. die 10. (ut 1. Thesis docuit) inchoatus, erat Nebuchadnesaris decimus octavus, (Jerem. XXXII. 1.) uno saltem mense post decimum illum Sedechia incipiens. Si enim ipso 10. mensis 4. die regnum suum Nebuchadnesar cœpisset; quando Templum fuit incensum, mensis 5. die 10. (integro post Sedechiam, desinente anno regni sui undecimo, captu[m] mense, annum regni sui vicefimum ille fuisse ingressus: At decimum nonum illius adhuc eucurrisse, ex Jer. LII. 12. conflat. Unde inter mens. 5. & 7. diem 10. annorum Nebuchadnesaris primo deinde & Iehoachimi, initium locandum esse, consequitur. Quod cum superioris posita descriptione recte convenit; qua Iehoachim⁹, trimestre suum regnum à mensis 5. die 10. inchoanti, Iehoachimum 6. mensis, die 10. successisse stavit. Inde ad initium Iechonia circa 2. diem 12. mensis collocatum, mensis numerantur 6. cum dimidio, quorū tantum, supra annos decem, integrō Iehoachimi regno hypothesis hæc attribuit; ab undecimo illius anno detractis 5. mensibus & unius dimidio. Qui quidem conficiunt, si Nebuchadnesarem annum suum primum diebus 25. ante finem tertii anni Iehoachimi inchoasse, & ad complementum octavi sui anni, præter 100. dies Iechonia, & 5. interregni 35. quoque primos succedentis Sedechia dies assumptissimis admiserimus. Qua ratione Natali imperii Nebuchadnesaris in medio 5. mensis constituto; & illius annus responsurus est Iehoachimi 4. (diebus tantum 25. illo anterior) juxta Jerem. XXV. 1. & 18. anno Sedechia 10. (diebus 40. hujus initio posterior) juxta Jerem. XXXII. 1. eruntque ab initio ejus, ad deportationem quidem Iechonia (mensis 4. die 5.) anni 7. menses 10. dies 20. ad Templi vero excidium (mensis 5. die 10.) & captivitatem populi illud subsecutam, anni 19. diebus 5. minus.

VI.

Nebuchadnesar, à vivente patre in consortium regni assupitus, annos 43. post mortem illius imperavit solus; in universum vero, annos 44. menses 7. & dies 10. circiter.

Anno Iehoachimi 3. desinente circa 15. mensis 5. diem, regnare cœpisse Nebuchadnesarem; ante deportationem Iechonia, mensis 4. di 5. factam, annis 7. mensibus 10. diebus circiter 20. in precedente Thesi est ostensum. His additi anni 36. menses 8. & dies 20. (qui à deportatione illa, ad annum quo Evilmerodach regnare cœpit, effluxerunt) longissimum regni Nebuchadnesaris tempus exhibebunt, annorum 44. mensium 7. & dierum 10.

circiter. Filius enim & successor ipsius proximus Evilmerodach ad regiam dignitatem in aula sua Iechoniam evexisse fertur, anno à deportatione ipsius 37. mense 11. die mensis 25. eodem quo regnare cœpit anno. (Jerem. LII. 31. 32.) qui quidem 25. dies Imperii videatur fuisse Natalis; quo de evehendo Iechonia cōsilium ille innitit; quum ipsum evēctionis diem 27. ejusdem mensis ex 2. Reg. XXV. 27. fuisse apparet.

Beroſus quidem in 3. Chaldaicæ līz historie libro Iosephus libro X. Antiquit. cap. 11. Col. 12. & Prolemaus in Regum Babyloniorum Canone 43. tantum annos Nebuchadnesari tribuant, sed à morte patris numeratos: quum in Jeremias & sacra Regum historia, ab expeditione ejus in Syriam & Judæam vivente patre suscepta, principatus ejus epocha ducatur. Quo tempore regni paterni factum illum fuisse participem, Beroſus (apud Josephum libro X. Antiquit. cap. 11. lib. 1. contra Apionem) fatis aperte significat. A Nabopolasaro enim cum exercitu adversus rebellis missis, corum regio nem (ut ille scribit) ἡ πόλις τοῦ αὐτοῦ πατέρος, paterno principatu in solidum possit; quem ante facilius divisum cum patre gesserat. Unde & Daniel, licet Nebuchadnesarem quum primam adversos Judæos expeditionem suscepserat, anno 3. Iehoachimi, Regem Babylonia, propter regni cum patre tum vivente societatem appellat: (cap. I. 1.) annorum tamen regni numeratio nem more Chaldaeorum apud quos agebat ab obitu patris & mero ipsius imperio deducit; anno illius secundo, somnium ipsius à se expostum significans, cap. II. 1. 31. exactis jam tribus captivitatis sue annis, quibus privatum in literis & lingua Chaldaeorum est institutus, priuquam in Regis aspectum adductus, cap. I. 4. 5. 18. 19. quod nullo modo ad 2. regni annum quod cum patre communicavit; sed ad finem 2. anni monarchiae sive solitarii regni commissimè referri poterit.

Et recte quidem hoc observavit Scaliger, sed vitiosa lectione loci Beroſi (apud Josephum, lib. 1. contra Apionem) deceptus, quæ 29. regni annos pro 21. Nabopolasaro tribuit inueniente anno regni sui 30. & communicati cum filio impeti 13. mortem illum, Nebuchadnesar secundum Daniel. II. 1. ab obitu patris numeratum 14. illius in Syria 2. in Babylonia, Sedechia vero 6. fuisse pronunciat. Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum, ad Sedechia captivitatem Beroſi historiam referens, anno regni illius 12. (cum enim tum ingressus is fuisse, si liber permaneſſet) hoc contigisse sensit: quo ratione 19. simul cum patre Nebuchadnesar regnavisse annos. Josephus lib. X. Antiquit. cap. XI. eandem historiam ad 23. Nebuchadnesaris annum, quo postrema Judæorum facta est deportatio: (Jerem. LII. 30.) referendam esse censuit. Tunc enim cum magnis copiis Cœlesyriam eum invasisse scribit, eaque subacta bellum gefisse contra

a Sicca Per
longiora in
lib. de rebus
Temp. p.
13. 14. &
not. in his
met. p. 20.

Vid. Hieron.
& Perer. in
Dan. 2. 4.

a Iom. in
Ezech. 30. 1
& Dan. 2. 1

contra Ammonitas & Moabitas; & his quoque perdomitis, Aegyptum hostiliter ingressum, repertos ibi Judæos rursum captivos Babylonem abduxisse: deinde, post Aegypti populacionem exacto biennio mirandam illam vitionem, Danielis II. expositam, objectam illi fuisse subjicit. Cujus etiam hic insistens velligis Hieronymus (licet pro Josepho, Berosum ille nominet) visionem hanc anno Nebuchadnesaris 15. factam fuisse ait. Ita vero simul cum patre 25. ille regni annos exegisset; & anno captivitatis Iechonia 15. Aegyptus ab eo fuisse occupata: quod tamen ante 27. illius annum non factum, ex Ezech. XXIX. 17. rectissime animadvertis Franciscus Junius. Eo igitur Berosi historiam spectare, ille existans, undecimo ante mortem suam anno Nebuchadnesarem, auditio patris obitu & constituta Aegypto, Babyloniam repetivisse vult, ut regnum iniret solus; quod per 34. annos hoc admisso calculo, (qui Nabopolassaro 54. pro 21. Nebuchadnesari 10. pro 43. assignat annos) simul cum patre jam gessisset. Indeque à vero monachiz illius initio constituendo tantopere aberrans, duriorem illam Tremellii sui interpretationem in Danieli admittere cogitur. Anno secundo, nempe regni Nebuchadnesaris somniavisse Nebuchadnesar somnia. Anno secundo ab eo tempore numerato, non quo Nebuchadnesar mortuo parti in imperio successit, sed quo pueri quatuor ad ducti ad regem steterunt coram eo. (Daniel, I. 18. 19.)

C A P. I.

Difficultates nonnullæ, ad Nebuchadnesaris, & regum Iuda qui sub illius imperio vixerunt, tempora speccantes explicantur: & 70. annorum servitutis Babylonicae, per Ieremiam predicatorum, initium à jugo Babylonico, anno 4. Iehoachimi primum à Iudeis suscepto, non à posteriorum deportationum aliqua deducendum esse ostenditur.

Nebuchadnesaris & trium postremorum, (qui illius imperio fuerunt obnoxii,) Regum Judæ temporibus ita constitutis, difficultates nonnullæ, ad eadem pertinentes, explicanda jam veniunt: quarum prima tres illas deportationes spectat, sub finem LII. capituli Ieremiæ, hunc in modum commemoratas. *Iste est populus quem deportavit Nebuchadnesar; anno 7. Iudei 3023. anno 18. Nebuchadnesaris, deportavit Hierosolymis animas 812. anno 23. Nebuchadnesaris; deportavit Nebuzaradan prefectum satellitum è Iudeis, animas 745. Omnes anima 4600. sunt. Ubi Rabanus ter Judæos à Nebuchadnesare captos scribit; harumque trium captivitatum numerum hic prophetæ censerit. Primam ponit in transmigratione Joachimi filii Josie; de qua 1. Paralip. XXXVI. secundam in transmigratione Iechonia; de qua 2. Reg. XXIV. Tertiam in Urbis ac Templi excidio, sub Sedenchia; de qua 2. Reg. XXV. Quæ si vera senten-*

tia est, tres numeri mutandi sunt: ut pro septimo anno in prima captivitate scribatur, Primo; in secunda pro octavo decimo scribendum sit. Octavo; pro ricesimo autem tertio in captivitate postrema legi oporteat, undecimo, inquit Melchior Canus, lib. XI. locor. Theolog. cap. V. At quis prudens non potius judicaverit falsam esse sententiam Rabani; quam falsatos esse omnes Bibliorum codices, Hebraeos, Chaldaeos, Syros, Gracces, & Latinos. Multo igitur modestius Emanuel Sa, in Notationibus ad hunc locum: Quidam, inquit, putant esse errorem in numeris; & legendum pro 7. 1. pro 18. 8. pro 23. 19. ut pariter ex IV. Reg. XXIV. & XXV. & II. Paral. XXXVI. Ego id non ausim dicere: potius dicemus, de aliis hic translationibus agi quam IV. Reg. Et sane quidvis potius dicendum fuerat quam ad hoc desperatum remedium recursum.

Rectius igitur multo Jacobus Capellus in Chronologia sua (ad annum Mundi 3198. & 3414.) Deportationum alias majores, alias minores fuisse aliter: prioris generis tres anno Nebuchadnesaris 1. 8. & 19. factæ; posterioris item tres, que Jeremias LII. anno Nebuchadnesaris 7. 18. & 23. commemorantur factæ. Cum enim Iehoachimus, post triennii servitutem adversus Nebuchadnesarem rebellasset: immisus est contra eum exercitus, ex Chaldaeorum, Syrorum, Moabitarum & Ammonitarum turmis constans. Quod ex præstituto Domini factum fuisse Scriptura notat; ut Judæos perderet, & amoveret à facie sua: secundum verbum, quod locutus fuerat per servos suos Prophetas. (2. Reg. XXIV. 1. 2. 3.) Ab hoc igitur Nebuchadnesaris exercita, anno illius quidem 7. Iehoachimi vero 10. deportati sunt Judæi illi 3023. quod & à Fastorum Siculorum authore est animadversum; anno Regis hujus decimo Nabuchodonosorem regens Babylonis, septimo anno regni sui suballa Judea 3023. Judæos captivos abduxisse, memorante.

Factum hoc, non quidem biennio, (ut erronea illius statuit hypothesis, que 12. annos regno Joachimi tribuit) sed integro anno ante grandem illam deportationem, sub ejus successore Iechonia factam, ad quam (non ad illam sub Joachimi) Tremellius & Deodatus primam in hoc Jeremias loco propositam referendam esse jubarunt. Quamquam enim captus fuisse dicatur Iechonia anno Nebuchadnesaris octavo, & captivi decies mille cum eo abducti: (2. Reg. XXIV. 12. 14.) ista tamen inter se conciliari posse Deodatus existimat, si in fine septimi & initio octavi contigisse; & Jeremias 3000. Hierosolymitan, reliqui 7000. ex diversis Judæ partibus milites fuisse admittantur. Verum, quem ab initio Nebuchadnesaris ad Iechonia captivitatem, præter annos 7. plus quam 10. mensium spatium intercessisse, in V. Thefeos fine ostenderimus: illa 7. desinens & 8. ineuntis consideratio locum hic habere non poterit; Et quem è tribus deportationibus hic memoratis, media tantum Hierosolymitanorum, duæ reliqua Iudearum fuisse dicatur: illa prima ad Hierosolymitanos restrictio, minus ad mentem faci-

scriptoris

scriptoris facere videatur. Quin & in magna illa Jechonia deportatione (quæ una longe plures captivos habuit , quam tres illæ , de quibus nunc agimus , simul sumptæ) ipsorum Hierosolymitanorum multo majorem quam 3000. numerum fuisse appareat. Sic enim locum hue spectantem , 2. Reg. XXIV. 14. reddidit Tremellius . Et deportavit rex è totis Ierusalaimis cum omnes præfatos , tum omnes valentes robore , decies mille captivos , omnesque fabros lignarios & fabros ferrarios . Sed , è totis Ierusalaimis , per Syncedochen ille explicat , è toto regno : & in numero decies mille captivorum , è tribu Juda 3023. illos (Jerem. LII. 28.) fuisse censeret ; reliquos 7000. (quorum 2. Reg. XXIV. 16. fit mentio) ex urbe Hierosolymitanæ deportatos fuisse subindicans . Contra Deodatus , (illa Tremellii Syncedochæ ut nimis fortasse catachresticæ minus probata) tota Hierosolyma , majorem & meliorem partem populi , interpretatur : ex Urbe 3023. (quæ certe major Hierosolymitanorum pars esse non poterat) abductos fuisse conjiciens , ceteros vero 7000. ex tota regione reliqua deportatos fuisse , intelligendum relinquens . Sed verius omnino est ; numerum illum 3023. in Jeremias positum , ad deportationem sub Jechonia factam nihil omnino attinet.

Secundam curiositas captivorum 832. Hierosolymis decadentium , non (ut Rabanus) de Jechonia , sed de Sedechia transmigratione , post expugnata & diruta Hierosolyma Tremellius , & Deodatus accipiunt , sub finem anni 18. & initium 19. anni Nebuchadnesaris factam eam fuisse opinati . Et licet ex Jerem. LII. 12. 13. manifestum sit incensum fuisse Templum anno Nebuchadnesaris 19. Iosephus tamen tum in lib. X. Antiquit. cap. XI. tum in libro I. contra Apionem) ad 29. ejusdem , (ut videtur) capit is verificum respiciens , anno ejusdem 18. hoc factum fuisse scribit : numero tamen 832. deportatorum , ibidem expresso , ad captivitatem sub Jechonia factam , relatos ; cum quo , præter decem millia : (2. Reg. XXIV. 14. commemorata) 832. etiam alios abductos fuisse assertit .) Antiqu. lib. X. cap. IX.) Laurentius vero Codomanus etiam anni tempestatem , qua Nebuchadnesar regnum iniit ex hoc ita conatus est eruerit . Anno 10. Sedechia , durante obsidione Hierosolymitanæ , ingressus est Nebuchadnesar annum regni 18 (Jerem. XXXII. 1. 2.) Anno 11. Sedechia mensie 4. die 9. Chaldaei captam urbem ingressi sunt . (Jerem. XXXIX. 2. 3. LII. 5. 6. 7.) Necdum deficit annus 18. Nebuchadnesaris : quo 832. Judæos Hierosolymis captivos ab illo abductos Scriptura restatur , (Jerem. LII. 29.) At vero annum 19. regni sui attigit Nebuchadnesar mensis 5. sequentis , die 7. quo Nabuzaradan Hierosolymam ingressus est , ut eam flammis perderet , & solo æquaret . (2. Reg. XXV. 8.) Ergo inter 9. diem mensis 4. anni 11. Sedechia , & mensis 5. diem 7. initium 19. anni (& consequenter reliquorum omnium annorum) Nebuchadnesaris statuendum est . Et quia initio huic assignandus erat vel 7. dies mensis 5. vel aliquis 27. dierum præcedentium : ne is relinquetur in dubio , pro eo mensis 5. kalendas assumere .

re à Codomano placuit.

Verum nimis debili tota hæc structura nititur fundamento : non potuisse 832. illos Judæos Hierosolymis abduci , præquam Hierosolymis Chaldaei essent positi . Nam deportati Hierosolymitani duorum fuerunt generum : ut liquet ex 2. Reg. XXV. 11. Jerem. XXXIX. 9. & LII. 15. Alii partim metu , partim Jeremias prophætus suatione (Jerem. XXI. 9. & XXXVIII. 2.) induiti , ab urbe obessa defecerunt ad Babylonios ; alii in Urbe remanserunt . Quum igitur anno 10. Sedechia , Ägyptico exercitu advenante , Chaldaei obsidionem intermittere fuisse coacti , anno ante captam urbem altero , (ut in II. Thesi est ostensum : Hierosolymitanos illos 832. qui ad eos defecerunt , in Babyloniam abducendo curaverunt ; anno Nebuchadnesaris 18. quem 10. Sedechia respondere scriptura diserte assertit . (Jerem. XXXII. 1.) non ita quidem exiliter , ut 18. illius primos 9. suos dies communes tantum habeat cum 10. hujus , ut à Codomano visum fuit ; sed ut 10. hujus 35. dierum spatio 18. illius antevertens 330. reliquis diebus cum eodem paris faciat : quem admodum in V. Thesi declaravimus . Quare nec anni 18. desinentis , & 19. ineuntis remedium quicquam hic prodest 832. vero deportatorum numerum plurimum etiam obest . Eversa enim urbe & civibus vacuata (Jerem. XXXIX. 8. 9.) non plures inde captivos abductos fuisse , nemo prudens opinabitur .

Quod in minore 745. numero multo magis locum habet in tercia deportatione commemorato : quam ad transmigrationem populi sub Sedechia factam , contra omnium aliorum sententiam , Rabanus accommodat . Quum enim migravisse tum dicatur Juda è terra sua , vinitribus tantum & fossoribus in eam celitus (2. Reg. XXV. 11. 21.) tantillum captivorum numerum translatum inde fuisse , nullum (opinor) sanus somniaverit . Neque justa aliqua ratio afferri potest , cur ante 23. Nebuchadnesaris , annum , in texu expressum , translationem hanc factam fuisse arbitraremur . Etsi enim longe maxima Judæorum pars , qui post urbis excidium in terra remanserant , per præditionem osculo eorum duce Gedalia in Ägyptum (nequicquam reclamante Jeremias) migraverit : multos tamen ibi subiitisse vel ex unico illo Ezechielis testimonio , tribus post cœdem Gedalia mensibus edito , (siquidem mensie septimo illumblatum constat , Jerem. XLI. 1.) hoc vero prolatum esse decimo ; Ezech. XXXIII. 21.) intelligitur . Qui habitant vassiles iſtas in terra Israelitas , loquuntur dicendo . Vnus erat Abram qui hereditario jure possideret hanc terram , nos autem multi ; nobis tradita est hac terra in hereditatem . (Ezech. XXXIII. 2.) Neque enim tales erant illi , qui in Ägyptum concesserant , Jerem. XLIII. quales hic Propheta describit : ut à Christiano Masseo in 6. Chronicorum libro , recte est animadversum . Illi manere noluerunt , iſsi voluerant . Illis promissa securitas si manerent : (Jerem. XLII. 10. 11. 12.) iſsi dicitur , quod pestilentia , fame , gladio caderent . (Ezech. XXXIII. 27. 28.) Illos occidit Nabu-

chodonfor

chodonosor in Aegypto: istos partim c. s. in India, partim translatos à Nebuzaradan constat anno domini sui 23, qui fuit 4. desolatio-
nis Hierusalem. (Jerem. LII. 30.) quod non animadvertisens Iosephus, lib. X. Antiq. cap. XI.
quinto post excidium Hierosolymitanum anno,
qui fuit regni ipsius Nabuchodonosori vigesimus
tertius, (anno enim illius 18. ut dictum, non 19.)
Templum & Urbem excisa fuisse ille censuit)
Judæos hosce ex Aegypto captivos Babylonem
abductos fuisse creditur, quum ante 27. depo-
tati Iechonia, qui fuit regni Nebuchadnesaris
35 Aegyptum ab eo occupatum non fuisse, ex
Ezechiel. XXIX. 17. sub praecedentis capituli
finem jam audiverimus.

Sequitur longe difficultior, Jerem. XXVII. 1.
*In principio regni Iehoachimi filii Ioseph regis
Iude, fuit verbum hoc ad Ieremiam a Domino.*
Ubi pro Iehoachimi nomine, Sedechia repone-
ndum Iosephus Scaliger contra Par. um. Iacobus
Salianus ad ann. Mundi 4. 3426. Iohannes
Bohemus, & alii aliqui existimant; licet Hippolytus Portuensis, vel quicunque author
fuit: Chronicus anno XIII. Alexandri Sevri
conscripti, & Epiphanius in Panarii, (pag.
15. edit. Græc. Basil.) Sedechiam etiam f. achi-
mi nomine appellatum fuisse, sensisse videan-
tur. In verbo vero 3. illius Ieremias capituli,
per legatos qui veniuri erant Hierosolymam ad Se-
dechiam regem Iude, Dei voluntate finitima-
rum gentium Regibus significare Propheta ju-
bet, ut Nebuchadnesaris Regis Babylonie
jugo colla sua submitteret. Deinde vers. 12.
etiam Sedechiam regem Iude allocutum se fuisse
secundum omnia verba ista. Ieremias subiect:
in principio capituli sequentis, hanc quoque
temporis mezzalu porro adjiciens. *Et factum
est in anno illo in principio regni Sedechie regis
Iude; in anno quarto, in mense quinto (Jerem.
XXVIII. 1.)* Unde & nova exortur difficultas,
unde in principio regni Sedechia factum dicatur,
quod quarto illius anno contigit.

Porro prophetiam illam in anteriore medie-
ate, sive 11. primis versiculis capituli, XXVII.
comprehensam, in principio regni Iehoachimi
a Deo primum revelatam Ieremias fuisse, cen-
tent Tremellius, Codomanus, Brochtonus, Deo-
datus, & alii: & (triennio scilicet antequam
Nebuchadnesar in Babyloniam, & 11. annis prius
quam Sedechias in Iudea regnare cœpisset:)
qua in posteriore vero medietate, & 11. reli-
quis verbis continentur, ipsius Sedechia de-
num temporibus Regi, & Sacerdotibus, & toti
populo à Propheta fuisse proposta. In priore
igitur parte, comparare sibi vincula & lora in
tempus illud quo regnaturus esset Sedechias,
jussum fuisse Propheteram existimant. Sic enim
auctoritatem conciliatam prophetie, & omnem
male de Propheta suspicandi occasionem subla-
cam, affirmat Tremellius. Creditque Codomanus,
propterea undecim annis ante regnum Sede-
chia factum esse ad Ieremiam verbum Domini,
de jugo quinque regibus mittendo per legatos ad
regem Sedechiam missos, ut Propheta sciret sua
vitæ non memendum esse ab impio rego Iohachi-
mo; quo defuncto, iugum traditurus esset lega-

tis mittendis ad novum in eius regno successorem,
Sedechia nomen habitarum.

Ad alterum autem locum, Jerem. XXVIII. 1.
quod attinet: duram esse existimat illam Mal-
donatis expositionem P. aludamus; annum 4. Se-
dechia dici principium regni ejus, quia fuit ante
mediatorem illius, quamquam regni Sedechie
undecim tantum existentibus, ut eorum 4. ad
principium regni ejus, referatur, neque Anglo-
Duacensibus nostris interpretibus, neque Ia-
cobo Saliano, durum omnino esse videtur.
Alii, ex profectione vel legatione Sedechia an-
no regni 4. in Babyloniam instituta, (Jerem.
L. 59.) cum de novo in Regem à Nebuchad-
nesare fuisse confirmatum colligunt; indeque in
quarto illō anno novum principium regni Se-
dechie constitui, quæ Nicolai Lyrae in Jerem.
XXVII. 3. & Augustini Tornielli ad annum
Mundi 3439. Parag. 4. est sententia. Alii priora
ista: [*Et factum est in anno illo: principio
regni Sedechie regis Iude*] ad superiora referre
malunt, atque a posterioribus separate. [*In
anno quarto in mense quinto:*] quæ cum sequen-
tibus neclenda esse centent. Quod probabile juri-
dicat D. Onysius Petavius; & multo esset pro-
babilius si Tremelliana loci illius verio recipi-
retur. *Quum autem fuisse (vel accidisset) illud
anno illo: principio regni Sedechie regis Iude:*
anno quarto mense quinto, allocutus est me Ha-
mania. q. d. Quam illa quæ præcesserant, à ver-
su 12. ad finem cap. XXVII. anno illo, id est, in
principio regni Sedechie edixisset: anno de-
mum post quartu, mense quinto, iis quæ dixer-
ant contradicentes Hamanias, ita me est allo-
curus.

Superest adhuc trium illarum difficultatum
postrema, quas sapientiae coelestis afflatus e-
gere Berossus putavie, ut possint intelligi. Ie-
hoachim, five Iechonias, quum regnare cœpisset,
dicitur fuisse annorum octoëscim. 2. Reg.
24. 8. at octo tantum. 1. Chr. 36. 9. Pro 8. au-
tem annis, multum ille facere existimat locum
illum Matth. I. 11. ut in veteribus codicibus le-
gitur. *Iudas 3. & Iosephus Iordanus, Iosephus & Ieronimus
Ierousal. & non discrebat auct. eis non utrūcunq[ue] Ba-
bel. voc. Iosias autem genuit Joachim, Joachim
autem genuit Iechoniam, & fratres eius in trans-
portatione Babylonica. Octavus enim Iechonias
ab undecimo & postremo patris Joachimi sub-
tractus ad desinentem 3. & ineuntem 4. Joachi-
mi annum nos perducit: quo tempore Daniel
initio Historia sua notat Nebuchadnesarem,
capta Hierosolyma, vasa sacra, & primaria nobilis-
tatis florem in Babyloniam deportasse.
Quam sententiam propugnat etiam Jacobus
Capellus in Chronicu suo.*

Contra vero decimum octavum potius atatis
annum Iechoniam tunc egisse, argumento est,
quod malum fecisse dicitur in conspectu Domini,
omnino prout fecerat pater eius, & quod uxores
ejus (feminas Tremellius reddidit) simul cum
eo deportatae memorentur: (2. Reg. XXIV. 9.
15.) qua in octo annorum puerū minus compe-
tunt. Unde Cajetanus ad locum illum Chronicu-
rum, Canis (lib. XI. locor. Theolog. cap.
5.) & Jo. Mariam (pro edit. vulgata cap. 21.)

Parag. 236

An. 3439
Parag. 17.
pag. 714.
sc 718.

Vid. Sal.
Jarchi.

Tom. 2.
pag. 162.

Matth. Be-
reald. Chr.
1.3. cap. 5.

Capp. Chr.
34 in Mund.
3392.

8. pro 18. errore scriptorum irreplisse in textum afferunt. Pro quibus facit & editio Syriaca: quæ in loco illo Chronicorum etiam 18. annorum numerum nobis exhibet. *Nimirum Hebraico codice*, (ut ait Mariana) à libariis vitato, *is error in Graecos codices & Latinos inde manavit*, & scribentis peccatum interpretis vitium factum est.

⁴ Alph. To-
stat. in 4.
Reg. 24.
q. 8.

Sed ante illos, ⁴ Abulensis sacri textus corrumpelam nullo modo hic admittendam esse præmonuit. Primum quia *ista positio* (ut ille loquitur) *est nimis scandalosa*; quia eodem modo scripturam poterimus dicere in omnibus locis *esse corruptam*: vel saltem non erit nobis firmum, aliquam partem eius *esse veram*. Deinde quia de jure humano *est regula*, quod in *ipsis iuribus vi-*
tanda est correlio; & nunquam sunt iura corrigenda quandiu possunt tolerari, sed expedit iura iuribus concordare: ut patet de elect. lib. 6. c. cum expedit. A fortiori ergo in *scriptura* (in qua nihil debet concedi devians à veritate) debet laborari pro concordia eius: & sic quandiu potuerint partes concordari, non est dicendum quod aliqua pars sit corrupta. Et tamen possunt concordari *ista partes sacra Scripturae*; inquitille, nempe, si 8. annorum dicatur fuisse Jechonias, quando coepit regnare vivente patre; 18. vero, quando regnavit solus mortuo patre. Eiusque in regni consortium cooptationis, ex prophetia

illa Jeremiæ XVII. jam exposita, rationem etiam aliquam ^b Codomanus ita conatur reddere. *Joachimus audito Jeremiæ vaticinio, me- tuit ne per illud populus moveatur, ut Sedechiam aliquem* (frater enim ipsius non Sedechias, sed Mattanias eo tempore dicebatur) *preferat suo filio Jechonia*. *Quamobrem tandem, annos tan- tum octo natum, curat regem designari: ut sic pro- phetia Jeremia fiat irrita*; nec filius olim expe- riatur fortunam paternam, (ipsi enim Joachimo minor frater Joachazus a populo prælatus fue- rat) & ad alium transferri videat regnum jure hereditatis sibi debitum.

^b Codoma- Annalisa Mundi 177.

Alii aliter ista inter se conciliant. Tremellius enim, & eum secutus Brochtonius, locum 2. Chronic. XXXVI. 9. sic interpretatur. *Natus octo annos, quin ILLE regnare inciperet*; non ipsi videlicet, sed pater eius; cuius in proxime præcedentibus facta fuerat mentio. *Rectius ve- ro* (juxta locutionis illius sententiam primum usurpatam initio regni Saulis primi Israëlitarum Regis) octavum illud annum egisse dici pos- terit, non ætatis, sed servitutis Babylonicae, cui ipse cum populo suo tunc erat obnoxius. Quidquid enim de loco illo Matthæi I. 11. de- dum statuatur: quo tempore patri succedit in regno Jechonias, à captis anno Jehoachimi 4. Hierosolymis octavum numeratum fuisse annum non est dubium.



JACOBI